CORPVS

INSCRIPTIONVM LATINARVM

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITVM

VOLVMINIS QVARTI SVPPLEMENTVM

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMER
MDCCCXCVIII

INSCRIPTIONVM

PARIETARIARVM POMPEIANARVM

SVPPLEMENTVM

EDIDERVNT

AVGVSTVS MAV ET CAROLVS ZANGEMEISTER

ACCEDVNT TABVLAE CERATAE

EDITAE A CAROLO ZANGEMEISTER

ET

VASORVM FICTILIVM INSCRIPTIONES

EDITAE AB AVGVSTO MAV

PARS I

TABVLAE CERATAE

POMPEIS REPERTAE ANNIS MDCCCLXXV ET MDCCCLXXXVII

EDITAE A CAROLO ZANGEMEISTER

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMER

MDCCCXCVIII

TABVLAE CERATAE

POMPEIS REPERTAE

ANNIS MDCCCLXXV ET MDCCCLXXXVII

EDIDIT

CAROLVS ZANGEMEISTER

PRAEFATIO

Pompeis felici fortuna repertae sunt anno 1875 tabellae ceratae amplius centum quinquaginta. Eas visum est in quarto hoc volumine una cum parietariis inscriptionibus edere propterea quod sicut illae, quibuscum eis scripturae cursivae lectu difficilis similitudo intercedit, magna ex parte delineatis exemplis repraesentandae sunt.

Anno, quem dixi, 1875 mensis Iulii diebus 3 et 5 in domo ad orientale viae Stabianae latus reg. V ins. 1 n. 26 sita, quam L. Caecilii Iucundi fuisse postea apparuit, supra septentrionalem partem peristylii[1]) arcae ligneae, 0,70 met. utrobique magnae (MAV *Bull. dell' Inst.* 1876 p. 161), effossa sunt fragmenta, intraque ea tabellarum magna copia. Tam arca quam tabellae in carbones redactae erant[2]), sed fortibus illius assibus effectum erat, ut tabellae quamvis fractae tamen ut unius corporis ossa eodem spatio inclusa remanerent. In quibus cum effossionum curatores animo attento litteras detexissent, Iosephus FIORELLI carbones ob umorem admodum friabiles summa cum cautione et diligentia Neapolim in museum publicum transportandos curavit. Ibi mox postquam solis calore siccati ac durati sunt, ab Vincentio CORAZZA, papyris evolvendis tunc praeposito, frustula unius cuiusque libelli conquisita, digesta, composita sunt, denique tabellae singulae marginibus ligneis inclusae, eiusque laboris difficultates summas Corazza ita superavit, ut egregiae industriae et sollertiae laude sit dignissimus. Tabellis hoc modo recuperatis Iulius DE PETRA, musei praefectus, suum esse recte putavit, sine mora lectionem tabellarum aggredi, operam uti necessariam ita maxime arduam et molestam, quippe qua oculorum ac mentis nervi periclitandi essent, eoque difficiliorem, quod cuius tandem generis hi libelli essent, ei primo detegendum esset. Ac tanto studio in hanc rem incubuit, ut insequenti iam anno editio princeps prodiret, inscripta in hunc nodum: *Le tavolette cerate di Pompei rinvenute a' 3 e 5 luglio 1875. Memoria letta alla Reale Accademia dei Lincei il 23 aprile 1876.* Roma 1876. 4°. pp. 86, tabb. IV [= *Atti della R. Accad. dei Lincei* ser. 2 tom. III part. 3 pag. 150—230]. Adiutus est vir de re nostra praeclare meritus ab Antonio SOGLIANO et Felice BARNABEI, quorum uterque lectioni expediendae operam suam praestitit, hic praeterea libellorum quattuor n. V. XXIII. CXXXVIII. CXLIV exempla delineata ad editionem contulit, repraesentata in Petrae tabulis I—IV.[3])

Petra his libellis cuius generis instrumenta continerentur, recte agnovit et commentario docte exposuit; nec minus laudandus est propterea quod lectionem plerorumque recte investigavit. Quamquam consentaneum est in tanta operis difficultate non esse unius expedire omnia. Itaque Mommseni rogatu Augustus MAV anno 1876 Petrae lectionem cum archetypis contulit in multisque egregie correxit. His auxiliis usus Mommsenus, qui praeterea tabellas ipse inspexerat, nonnullas quae maioris momenti sunt recognoverat, n. XLV paginas 2 et 3 descripserat, eodem anno de universo hoc instrumentorum genere commentarium luculentum adiunctis ipsis selectorum libellorum verbis edidit in Hermae vol. XII p. 88—141 (*Die Pompeianischen Quittungstafeln des L. Caecilius Iucundus*). — Anno sequenti Mommseni consilio cura mihi mandata est libellorum in hoc supplemento edendorum secundum leges Corpori dictas, nisi quod rei proprietate dignum esse visum est maiorem numerum imaginum addere, quibus antiqui characteres quam fidissime exhiberentur. Earum utilitas ad haec fere spectat. Primum lectionis a nobis propositae rationem reddunt; deinde scripturam tabellarum cursivam, cuius his vix exstant exempla vetustiora, tanta copia et varietate repraesentant, ut non solum palaeographiae magno fructui sint sed etiam manibus diversis propositis ad ipsas tabellas interpretandas non parvi sint momenti. Denique necessaria sunt delineata exempla ad repraesentanda fragmenta vel dubiae lectionis partes, quippe quae typis vulgaribus exprimi nequeant. Hoc propositum quod assecuti sumus, insigni musei Neapolitani debetur favori ac munificentiae. Petra enim iam in ipsius musei usum tabellarum imagines, quae ipsius lectiones redderent, delineari iusserat. Has ipsas nobis utendas dedit mihique liberaliter permisit, ut quibuscumque ab

[1]) MAV *Bull. dell' Inst.* 1875 p. 161 et 1876 p. 162; NICCOLINI *case e mon.* vol. III: *La casa del banchiere L. Cecilio Giocondo* p. 3 et ichnographia in tab. I. Non recte locum indicavit Aemilius PRESVHN *Pompeji. Die neuesten Ausgrabungen von 1874 bis 1878.* Lipsiae 1878, I p. 4 et tab. I sub *v*.

[2]) Vtrum ignibus, ut vulgo creditur, an putredine, ambigi potest. Nam anno 79 non calidis Vesuvii lapillis vel cineribus ambustos esse Pompeios Michael RVGGIERO demonstravit in opere: *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio*, Neapoli 1879 p. 26; cf. MAV *Führer durch Pompeji* 1893 p. 3. Et in nonnullis tabellis quod cera conservata est, explicari vix potest, si ligna calore in carbones redacta essent. At obstare videtur, quod sigillorum cera soluta est. Vtrum verum sit, methodo chemica explorandum erit.

[3]) Commentarii ad haec instrumenta spectantes, qui deinceps usque ad annum 1877 prodierunt, compositi sunt in eph. *Archivio storico per le provincie napol.* II (1877) p. 176. Eorum potiores infra suis locis memoravi.

archetypis differre mihi visae forent, ea corrigerentur. Atque illi quidem consortio utilissimo acceptum referemus, si talis iam prodit haec editio qualem studia antiquitatis desiderant, communis tam musei quam nostra opera.

Mihi igitur ante omnia ii libelli, quorum imagines in hoc volumine repraesentandas esse constitueramus, pertractandi erant. Eum laborem exsecutus sum Neapoli annis 1877 et 1878[1]), laborem eo difficiliorem, quod meum erat non solum ea, quae iam lecta erant, recognoscere, verum etiam partes omnium obscurissimas, non lectas omnino aut certe nondum satis expeditas oculis scrutari, divinando ex carbonum latebris eruere. Quae res non improspere cessit, nisi quod me omni contentione operi incumbentem febris non una vice invasit. Lectione stabilita imagines corrigere coepi. Eae a papyrorum delineandarum officialibus Vincentio Crispino, Ludovico Corazza, Vincentii filio, nonnullae ab Carolo Orazj, denique una pagina ab Iohanne Malesci[2]) diligentia laudabili factae et Petrae, cuius lectionem in plerisque omnibus reddebant, subscriptione iam approbatae erant. Photographi arte parum profici potest in his tabellis reddendis, nec fere nisi in iis partibus, quae atramento scriptae et bene servatae sunt, aut in paucissimis paginis graphio inscriptis, in quibus cera adhuc superstes est. Quare illa exempla manu delineata sunt lapidis plumbei stilo. Laboris eius difficultas maxime in eo posita est, quod singulae litterae aut lineae, ut accuratissime suo loco chartae inscribantur, multa opera investigandae sunt (vide p. 279) augeturque etiam eo, quod cavendum est, ne tabella friabilis versando pessumdetur neve circino vel alio instrumento molles tabellarum carbones vel leviter tangantur. In corrigendis his exemplis a Crispino et Corazza, quibus mutanda quae essent, in singulis schedulis adumbrabam, promptissimis semper animis indefessisque me adiutum esse libens profiteor. Minores particulas in imaginibus ipse correxi, non solum ut tempori parcerem sed maxime eo consilio, ut scripturae cursivae, quae papyrorum delineatoribus minus cognita esset, ductus antiquos ubique restituerem, ad quam rem innumerae lineolae mihi delendae aliisque mutandae erant. Paucas paginas (ex. gr. n. CXLII pag. 5) integras a me ipso denuo delineandas duxi, cum earum litterae tam evanidae et implicatae essent, ut difficile esset eas reperire, difficilius veram earum formam depingere. Imagines illae tali tantoque labore communi factae refectae iam sunt repetitae et impressae methodo mere mechanica photographi, lithographi, zincographi. Additae sunt p. 302 et 310 tres paginae bene conservatae (n. XXI p. 5, XXV p. 2 et 4) ex archetypis ipsis photographice exceptae anno 1878, ut eiusmodi quoque imaginum specimine lector uti posset. Eae effigies in societatis palaeographicae Londiniensis sylloge: *Facsimiles of ancient manuscripts* vol. II tab. 159 expressae sunt ab Eduardo Maunde Thompson, musei Britannici summo praefecto, cui roganti ectypa nostra photographa in hunc usum libentes concesseramus.

Insequentibus annis Iosepho Fiorellio, penes quem antiquorum Italiae monumentorum summa cura erat, et Iulio de Petra auctoribus eorum quoque libellorum, quorum hac editione imago non comprehenditur (sive fragmenta sunt minoris momenti sive signatorum elenchos solos exhibent), exempla delineata sunt. Id quod optimo consilio factum est. Nam eae imagines scripturae ductus nunc quidem apparentes, sed tempore procedente fortasse evanescentes conservabunt atque ad nostram certe editionem hanc utilitatem praestiterunt, ut secundum eas fragmenta typis accuratius exprimi possent. In his tabellis si quae aliter tum legeram, ea cum delineantibus communicavi, sed ipsae imagines a me non sunt correctae. Tam haec quam illa exempla delineata museum Neapolitanum nobis utenda dedit ac liberalissime permisit, ut donec nostrae imagines expressae et editio absoluta esset, apud nos adservarentur; cuius beneficio summo operam nostram plurimum adiutam esse grato animo profiteor.

Iam vero temporis illud spatium, quod annis 1877 et 1878 Neapoli degere potui, suffecit pertractandis illis tabellis, quarum delineata exempla in hoc supplemento edere constituimus, non suffecit reliquis recognoscendis vel, si fieri posset, eis partibus, quae plane occultae erant, primum detegendis legendisque. Itaque cum diutius me ab Heidelberga abesse per praefecturae meae bibliothecariae rationes non liceret, rogavi Petram permitteret, ut partem eorum libellorum Heidelbergam mecum portarem, ubi maiore cum otio rem difficillimam periclitarer. Idque intercedente Mommseno tum nobis concessum est tam a Petra quam ab summo regni Italici ministerio, liberalitate numquam non satis laudanda, ita ut anni 1877 mense Novembri tabellas XXXI[3]) diligentissime involutas et arca forti clusas trans Alpes usque ad Nicrum mecum ferre possem. Sed spes fefellit. Nam mox intellexi, sub sole septentrionalis climatis nedum ad lychnorum lucem longe pauciora in his tabellis agnosci posse quam in splendore caeli Neapolitani, quin etiam oculos licet sanos et fortes tam affici, ut non solum inutile sed periculosum esse appareret, in hac regione partes omnino nondum lectas investigare et explicare velle. Itaque mense Aprile anni 1878 tabellis Neapolim reportatis ibi opus urguere pergebam.

Multa eorum, quae tum emendaveram vel primum detexeram, paullo post roganti tradidi Mommseno, qui iis usus est partim in commentarii sui editione italica, quae prodiit in *Giornale degli scavi di Pompei, nuova serie* vol. III n. 28 (Neapoli 1879, 4°) col. 69—114 hoc titulo: *Le tavolette Pompeiane, quietanze a L. Cecilio Giocondo, per T. Mommsen. Traduzione dell' avv°. Dario Bertolini, riveduta dall' Autore,*[4]) partim in huius syllogae volumine X anno 1883 edito, Indicibus I et II, quibus nomina (p. 1062) et cognomina (p. 1090) virorum et mulierum Pompeianorum ad meam recensionem exhibuit.

De Petra editionis suae supplementum parvum inseruit eidem ephemeridi *Giornale degli scavi* 1879 col. 114—116, quo fragmenta *a—x* [apud nos n. CXXI—CXXVI. XLIV. CXXVII—CXXXIV. XLI. XXXVI. XLII. CXXXV. CXXXVI. CXL. CXLIX] exhibuit.

Anno 1885, postquam libellorum commentarium conscripsi et imaginum maximam partem phototypice lapidibus refingendam curavi, Neapolim redii, ut tabellas a me nondum inspectas cum Petrae et Mauii lectionibus conferrem et quoad fieri posset expedirem, ceterarumque partes nonnullas denuo recognoscerem. Sed infeliciter accidit, quod Aprile et Maio mensibus, quos in hoc labore consumpsi, propter pluvium vel certe nubilum caeli statum tantum afuit, ut partium prorsus inexploratarum lectionem reperire possem, ut ne illa quidem, quae antea videram, omnia investiganti tunc apparerent. Sed sperari licet, ut opinor, fore ut iis, quibus Neapoli diutius morari datum erit, etiam plura eruere contingat. Ad caeli tunc intemperiem accessit, quod nonnullarum tabellarum statum vi pluviae et solis deteriorem interea factum esse observavi. Nam tempore inter annos 1878 et 1885 interposito in musei conclave, in quo hi carbonum thesauri collocati erant, imbribus desuper ex tecto immissis quaedam tabellae (ex. gr. n. LVII tab. III et n. LVIII tab. II) laesae erant et in particulas minimas tam comminutae, ut pessumdatae essent. Praeterea tabellarum in usum

[1]) Ab Septembri ad Novembrem a. 1877, ab 20 Apr.—8 Iun. et 26 Aug.—9. Oct. 1878.

[2]) Ludovicus Corazza delineavit n. V (pag. unam). VI (3). IX (3). XI (3). XVI (3). XVII (4). XIX (3). XXI (3). XXIV (4). XXV (4). XXIX (3). XXXI (1). XXXIV (3). XXXVII (3). XXXVIII (4). XL (4). XLIII (3). XLV (4). XLVI (4). IL (2). LI (3). LII (2). LIV (2). LVII (2). LVIII (4). LIX (2). LXIII (1). LXIV (1). LXVIII (1). LXXIII (1). LXXVII (1). LXXIX (1). LXXXII (1). LXXXIV (1). LXXXV (1). LXXXVIII (1). LXXXIX (1). XCIII (1). XCIV (1). XCVI (1). XCVIII (1). IC (1). CIII (1). CVII (1). CVIII (1). CXV (1). CXVII (1). CXXXVIII (3). CXLV (5). CXLVI (4). CXLVII (4). CL (2). CLIII (1). — Vincentius Crispino n. I (2). III (1). IV (1). VII (4). VIII (2). XII (3). XV (3). XX (3). XXI p. 2 (1). XXIII (2). XXX (3). XXXII (4). XXXV (4). XXXIX (4). XLVII (3). XLVIII (3). L (1). LIII (2). LV (2). LVI (2). LX (2). LXI (2). LXV (1). LXVI (1). LXVII (1). LXIX (1). LXX (1). LXXI (1). LXXV (1). LXXVI (1). LXXVIII (1). LXXX (1). LXXXVI (2). LXXXVII (1). XC (1). XCI (1). XCII (1). XCV (1). C (1). CI (1). CII (1). CIV (1). CV (1). CVI (1). CIX (1). CX (1). CXI (1). CXII (1). CXIII (1). CXIV (1). CXVI (1). CXXXIX (1). CXLI (5). CXLIII (5). CXLIV (4). CXLVIII (2). CLI (3). — Ioh. Malesci n. XIV (1). — Carolus Orazj n. II (2). X (3), XVIII (1). XXII (4). XXVI (4). XXXIII (3). LXII (2). LXXIV (1). LXXXIII (1). XCVII (1). CXVIII (1). CXLII (5).

[3]) Erant hae: lib. XVI tab. a. b. c, XVIII a. b. c, LXV a. c, LXVI a. b. c, LXVII a, LXVIII a. b, LXIX a. b, LXXVII a. b. c, LXXX a. b. c, LXXXIII a. b. c, IC a. b. c, CII a. b. c.

[4]) Haec editio cum prioris (vide p. 275) paginas in margine indicet, plerumque priorem attuli solam; ambas composui ad hoc exemplum (cf. n. VI): p. 134 = 108.

hominum curiosorum intra armaria sub vitro expositarum partes illae, quae meridiem sive fenestram versus respiciebant, meridianis horis non raro solis radiis ita affectae erant, ut carbones in frustula multa non sine crepitu dissilirent. Quod damnum ne latius procederet, cavere curatores musei rogavimus.

Domum illam, in qua tabellas repertas esse supra dixi, his ipsis patuit fuisse L. Caecilii Iucundi. Nam exceptis n. I, antiquissima apocha anno p. Chr. 15 conscripta L. Caecilio Felici, cuius Iucundus filius erat aut certe heres, et n. CXXXVIII, de qua vide p. 426, nulla alius debitoris nisi Iucundi nomen testatur. Ea res confirmatur iis, quae in his ipsis aedibus vel e regione earum inventa sunt, paucis hoc loco commemoranda: 1) amphora, quam taberna ad dextram aditus posita (n. 27) prodidit, inscripta (*Bull. dell' Inst.* 1876 p. 24): *Caecilio Iucundo ab Sexsto Metello.* — 2) programma ad sin. eius tabernae pictum (*Bull.* l. l.): *Ceium Secundum II vir(um) Q. S. Caecili Iucundi*[1]) *ro_gam(us).* — 3) programma ad dextram eius tabernae pictum (*Bull.* l. l.): *Holconium Priscum II vir(um) i. d. d. r. p. o. v. f. Iucundus rog(at).* — 4) programma in aedium (VI 14) exadversum positarum muro inter n. 20 et 21 pictum (*Bull.* 1876 p. 149): *Caecilium Capella(m) II (virum) Iucund(us) facit.* — Denique 5) in atrio herma cum Iucundi ipsius, fere quadragenarii, protome aenea suo loco stetit inscripta (Corp. X n. 860): *Genio L(ucii) nostri Felix l(ibertus).* Domus, quam MAVIVS descripsit *Bull. dell' Inst.* 1876 p. 149 sqq. et *Geschichte der decorativen Wandmalerei* (Berolini 1882) p. 414 sq.[2]), ornamentis suis et eximiae artis picturis, inter Augusti et Claudii tempora effictis, argentarium dominum monstrat facultates habuisse haud parvas. Ad fullonicam, ad quam complures Iucundi apochae spectant (cf. p. 426), recte videtur relata esse pelta marmorea in peristylio reperta, olim autem fortasse in uno ex intercolumniis suspensa, qua Minerva et ulula repraesentatae sunt; cf. MAV *Bull.* 1876 p. 150.

Libelli n. I anno p. Chr. 15, n. II a. 27 conscripti sunt, ceteri omnes sunt annorum 52—62.[3]) Itaque cum cistam tabulas continentem in usu esse anno 62 desierit, eam terrae motu, qui Pompeios anno 63 Febr. 5 afflixit, probabile est obrutam esse (Mommsen in Hermae vol. XII p. 90), licet haec domus clade illa non magnum damnum passa esse videatur (MAV *Wandmalerei* 1882 p. 446).

Latitudo tabellarum varia est inter 100 fere et 145 millesimas metri, altitudine minore. Minimus libellus est n. XXIII, latus 91, altus 72 mm.

Triptycha sunt numero longe maiore quam diptycha, quorum non habentur amplius octo decemve (n. I. IV. L. LXIV. CXXII + CXXIII. CXXIV? CXXV? CXXXVIII. CXXXIX. CXL).

Lignum est sicut Dacicarum reliquarumque omnium (ex. gr. apud Mogontiacum et Salaburgum repertarum) abiegneum pineumve. Fabricandi modus idem hic agnoscitur qui in illis (v. quae diximus vol. III p. 922), ut non serratura sed fissura codicis[4]) tabellae conficerentur, quo hoc assecuti sunt, ut tabellae inter se aptarentur accuratissime et, si adulterina supposita esset, fraus primo obtutu deprehenderetur.

Margo inferior in his quoque, antequam codex diffinderetur, ad sinistram et ad dextram perforatus est, ut linis per foramina bina transmissis libelli cuiusque tabellae infra colligarentur quasi vertebratae vel longioribus linis adhibitis totus quoque libellus circumcirca convolvi posset. In diptychis ad hoc sigillorum filo uti poterant.

Triptychi paginae 1 et 6 levigatae sunt, ut pro operculo essent nec inscriberentur instrumento ipso sed aut vacuae relinquerentur aut, quod in paucis factum est, summarium libelli sive in hac sive in illa notaretur. Cf. p. 433 cap. VII.

Paginae 2, 3, 5 ita excavatae sunt, ut quadratum fieret, quod cera tenuissima inducta ad scribendum aptaretur, margines autem exstantes impedirent, quominus scriptura attereretur.

Pagina 4 in ipsa media parte striam habet excisam ad recipienda signatorum sigilla. In plerisque libellis reliqua paginae 4 pars non excavata est sed levigata, in eaque signatorum nomina sigillis eorum adscripta sunt atramento in ligno nudo columnae dextrae solius, ut sinistra vacua relinqueretur. In solo n. XCVII ambae columnae nominibus occupatae sunt, sicut in signatorum laterculis eis, qui scariphati sunt. In nonnullis enim libellis quarta quoque pagina aream excavatam ceraque inductam habet, in qua signatorum nomina graphio ita exarata sunt, ut praenomen et gentile in sinistra, cognomen in dextra columna legantur (n. XVII. XL. XLVI. CXLI—CXLIII. CXLV—CXLVII) aut nomina omnia in dextra columna scripta sint, sinisteriore vacua relicta (X. XI. XV. XXI. XXIV. XXIX. XXXIX. LVII. LVIII); in quorum libellorum his XXI. XXIV. XXIX. LVIII sola columna dextra excavata, margine munita ceraque inducta est. Signatorum elenchi, tam qui graphio quam qui atramento scripti sunt, a librario uno tenore calligraphice exarati sunt, non ab ipsis signatoribus, excepto uno libello n. LVIII (vide p. 429 sub finem).

Extra ordinem in n. V. VI. VII. XXXI. XXXVIII. CLI quaedam nomina in eadem columna non solum atramento sed graphio quoque scripta occurrunt. Vtra scriptura prior sit, cum ex ductibus ipsis, inter se mixtis sed intuenti non simul apparentibus, dignosci vix possit, certo tamen statui potest, signatores quosdam vel (ut plerumque) breviter, i. e. uno nomine, vel (ut n. CLI) plene praenotatos esse graphio, antequam laterculum totum librarius calligraphus calamo perscriberet. Inde facile explicatur, quod n. VII 23 et XXXVIII 22 apocharius alio loco videtur graphio notatus esse quam quo adsignavit. Vide quae de hac re dixi p. 429.

Exemplum instrumenti interius sive authenticum ita in libellis fere omnibus clausum est, ut linum coram testibus circum tabellas primas duas volveretur eiusque capita in striam paginae quartae revocarentur, postremo in hac stria ceris impositis signa imprimerentur. Lini in nonnullis libellis reliquiae habentur, ut tamen quantis filis compositum fuerit, non possit certo agnosci. Quaedam lina possunt certe fuisse triplicia, in n. XLIX videtur quadruplex. In n. CXLI discerni licet tabellas lino iam constrictas fuisse, antequam index in pagina 1 conscriberetur.

Vt linum tabellis I et II melius inhaereret, in summis et infimis earum marginibus incisurae singulae factae, quibus linum colligantes iniecerunt. Earum imaginem ex libello n. LXXVII petitam infra subieci.

margo superior tabulae I.



margo superior tab. II.



margo inferior tab. II.



margo inferior tab. I.



Ad eundem finem ex paginae 1 marginibus summo et imo, ut linum melius adsideret, canaliculus brevis incisus est. Vtriusque incisurarum generis exempla vide in marginibus libellorum VII p. 4, X p. 4, L p. 4, XVII p. 3, CXLI p. 1. Vt libellus melius adservaretur, linum sigillis

---

[1]) Quintus et Sextus Caecilii Iucundi huius filii videntur fuisse.

[2]) Cf. Niccolini *case e monumenti* vol. III: *La casa del banchiere L. Cecilio Giocondo*, p. 1—4 cum tabulis duabus.

[3]) Non, ut prius putabatur, annorum 53—62; cf. ad n. IV.

[4]) Cato p. 37 ed. Iordan: *Iussi caudicem proferri, ubi mea oratio scripta erat de ea re, quod sponsionem feceram cum M. Cornelio. Tabulae prolatae.* Hae tabulae, ex quibus caudex constabat, ceratae haud dubie fuerunt; itaque litterae stilo verso (Horat. serm. I 10, 72) lata eius parte induci et deleri facile poterant. Ne autem ductus in ipso ligno, in quod stilus penetrare solebat, remanerent, Varro partem quandam prorsus deleri iubens dixit: *Enim vero usque istuc ad lignum dele.*

suppositum in nonnullis certe libellis adhibitum est ad colligandum codicem totum, ad quod etiam in sexta pagina incisurae factae sunt, ex. gr. in n. CXLI et CXLII et (quod Ludovicus Corazza roganti mihi confirmavit) CXLIV. Contra in n. LXXVII, quem supra memoravi, tertiam tabellam carere incisuris certum est.

Illo igitur tempore nondum repertum erat linum per foramina bina a summa et ima parte striae traiici ad paginam primam, ut tabellis prima et secunda colligatis interius exemplar melius clauderetur. De qua re exstant testimonia haec. Paulus sentent. 5, 25 § 6: *amplissimus ordo decrevit eas tabulas, quae publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari* (*signaverit* codices), *ut in summa* ('excidit fortasse *et ima*' Mommsenus vol. III p. 922) *marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringantur atque impositae* [*impositum* codices] *supra linum cerae signa imprimantur, ut exterioris scripturae fidem interior reseret* (sic pro tradita lectione *reservaret* nunc proponit Mommsenus, verborum terminationes in hoc titulo mire corruptas esse monens). Ad idem senatus consultum non dubium est quin pertineant quae Suetonius Nerone 17 tradit: *adversus falsarios tunc primum repertum, ne tabulae nisi pertusae ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur.* Secundum hoc senatus consultam Neronis tempore factum tam tabellae Dacicae saeculi secundi quam diplomata veteranorum perforata sunt. Sed horum unum difficultatem movit n. I, Stabiis repertum, cum ex Claudii constitutione anni 52 descriptum sit et foramina tamen illa iam exhibeat. Eam rem ut explicarent, homines docti ad varias coniecturas confugerunt parum probabiles. Nam Petra quod pag. 5 statuit senatus consultum illud confirmasse tantum modo usum veterem, prorsus refutatur eo, quod Suetonius testatur: 'tunc primum repertum'. Et perperam Mancinius p. 68 sibi persuasit, ad testamentorum tantum tabellas spectare verba Suetonii, cum tamen hoc quidem loco testamenta minime significari insequentia doceant. Immo hoc statuendum mihi videtur, diploma n. I non ipso anno 52 nec paullo post, sed post illud senatus consultum demum factum esse. Huc convenit quod elementa Claudiana ab eo diplomate absunt, ex qua re et ipsa concludendum est (vide Buechelerum apud Mommsenum vol. III Suppl. p. 2007) scriptum esse post mortem Claudii. Ac fieri potest, ut tum demum usu receptum aut potius lege senatusve consulto stabilitum sit, ut exempla ex constitutionibus aeneis descripta et ipsa ex aere fierent. Tempus autem senatus consulti illius iam accuratius definiri potest libellis Pompeianis, quippe qui non, ut huc usque putabatur, omnes ad priscum usum instituti sint, sed novae quoque normae testimonia exhibeant. Ac primum quidem in triptycho n. CLII foramina secundum senatus consulti illius praeceptum immissa clare agnoscuntur. Subieci figuras paginarum 3 et 4, significatis in hac praeter quattuor foramina etiam sigillorum (s) locis.



Terminus, ante quem hoc instrumentum conscriptum est, terrae motu 5 Febr. 63 definitur, quo, ut supra p. 277 dixi, arcam tabellas continentem obrutam esse Mommsenus recte statuit. Sed ipse eius annus ni fallor investigatus est. Scriptura enim libelli licet fere pessumdata sit, tamen ex iis, quae legere potui, probabile est in eo memoratum esse Claudium Verum duovirum, quem hoc munere functum esse ab 1 Iul. 61 usque ad 30 Iun. 62 ex apocha n. CLI mense Ianuario anni 62 perscripta intellegitur. Praeterea autem triptychum n. CLV quamvis mutilum sit, adhuc tamen in prima tabella in marginis superioris parte media foramen certum ostendit (vide p. 410 et 414 imagines P^2 et P^1). Quod instrumentum anni est 61, mensis incerti nisi quod Rusonis consulis mentio libellum post Februarium et verba *kalendis Novembribus primis* (v. 19) ante Novembrem ac fortasse plus uno mense prius scriptum esse declarant. Inde sequitur senatus consultum factum esse hoc ipso anno p. Chr. 61. Quod autem libellus n. CLI mense Ianuario anni 62 exaratus his foraminibus caret, facile ita explicatur, ut per neglegentiam tabellas etiam tum adhibitas esse statuamus ad recentem iussionem nondum institutas.

In omnibus libellis bina exemplaria scripta sunt vel certe scripta fuisse putanda sunt. Interius exstat in pagina 2 (inde ab *a* ad *b* figurae subiectae) et pagina 3 (ab *c* ad *d*), exterius non, ut in Dacicis, in paginae 4 columna sinistra[1]) incipit et dextram columnam signatorum nominibus (*g*—*n*) reservatam transiliens in pagina 5 desinit, sed solam paginam 5 occupat decurrens ab *o* ad *p*; extra ordinem in paginae 4 columna sinistra interius exemplum atramento repetitum est (ab *e* ad *f*), ut tamen pagina 5 non vacua relinqueretur, sed in ea alterum exemplum exterius inscriberetur (v. p. 418 col. 2)[2]).



Postquam interius exemplar lino circumvoluto (cf. Vlpianus Dig. 37, 11, 1 § 10 seq.) et signis in pag. 4 impressis clausum, exterius additum, totusque libellus lino linisve ligaturae clausus fuit, extrinsecus atramento breviter notabatur, ad quam rem pertineret libellus, ut in arca vel capsa reposita inveniri facilius posset. Itaque in omnibus fere margini externo inscriptum atramento est ad haec exempla *perscriptio A. Messio Fausto* (n. LII) vel *perscriptio Epidi Trophimi* (n. LXXXIV) vel *perscriptio auctionis lintiariae Ptolemaei, Masylli filii, Alexsandrini* (n. C) vel *chirograp(h)u(m) Privati* (n. CXLVIII). Vide p. 434 cap. VIII. Singulari exemplo in n. CIV pagina prima graphio scriptum est nomen *Dorophori* quod fortasse et ipsum est apochantis. De singulis his rebus cum plura composita sint in Summario, hoc loco restat ut memorentur observationes, quae insequuntur.

In arca libellos ita repositos fuisse, ut non iacerent, sed starent marginibus inscriptis sursum exstantibus cum per se sit consentaneum tum inde patet, quod macula e sigillis liquefactis in pagina 4 nata ad ligaturae foramina versus latior est.

In compluribus exemplis interioribus, quae non chirographaria sunt, pecuniae summa et creditoris nomina ceteris minus alte in ligno incisa et parum conservata sunt difficiliusque leguntur. Quae res inde repetenda mihi videtur, quod Iucundus ante auctiones singulas in maiore libellorum numero a librario suo paginas 2 et 3 inscribendas curavit spatiis relictis ad summam et nomina, ut auctione absoluta haec sola addenda essent.

---

[1]) Ea ut ad hanc rem latius spatium praeberet, sigillorum stria cum foraminibus non ut olim in ipsa media parte sed paullo propius a dextro margine immissa est.

[2]) Triptychum n. xxv ex variis lateribus repraesentatum exhibet opus NICCOLINI *case e monumenti* vol. II: *Descrizione generale* tab. LX (ubi tamen ex. gr. non recte effictum est in fig. 3, quod libelli pars media non lino sed fascia ligata est).

Nonnulli libelli prioris scripturae reliquias in ipso ligno nudo exhibent, quibus permixtis cum instrumento ultimo lectio valde impeditur. Iucundus igitur iisdem tabellis tempore procedente ad complura instrumenta usus est cera nova inducta sed in ligno ipso prioris scripturae vestigiis remanentibus. Plane singulare est quod in n. XXXII observavi. Ibi enim summae numeri, creditoris nomina utroque loco, consules anni 56 in consules anni 57 permutati sunt. Res non fraude videtur explicanda esse, sed ita, ut Iucundus tabellis anno praecedenti ad simile instrumentum adhibitis vel certe destinatis iam uteretur mutatis iis, quae mutanda essent. Quod autem dies et mensis prius non fuerunt scripti alii, id inde repetendum esse nunc putaverim, quod anno 56 apocha ea non ad finem perducta, sed omissa erat, antequam dies et mensis indicati essent; nam mensis Aprilis convenit Neroni et Calpurnio consulibus anni 57, non convenit Duvio et Clodio cos. a. 56.

Diptycha quamquam pauca supersunt et mutila, tamen qua ratione instrumenta iis comprehensa sint, agnosci licet, maxime ex n. CXXXVIII. Figuras infra exhibui. Foramina bina (1) et (2) ligaturae causa ut in triptychis ad marginem inferiorem immissa sunt. Pagina 1 vacua relicta pro tegumento erat. Paginis 2 et 3 exemplum interius inscribebatur decurrens ab *a* ad *b* et ab *c* ad *d*. In pagina 4 media stria non excavabatur, sed sigilla imprimebantur in ipso ligno nudo. Linum clausurae causa circum diptychum volvebatur, ut eius capita in pagina 4 media coirent sigillis deinde obtegenda; ad quod firmandum in his quoque libellis sicut in triptychis incisurae singulae in summo et imo margine tabellarum insunt; foraminum enim par ad hanc rem, ut vidimus, Neronis imperio institutum in diptycho exstat nullo. Sigillis adscribebantur in columna dextra nomina signatorum atramento; n. CXXIV, in quo fortasse graphio exarata sunt erantve, num diptychi sit fragmentum dubium est. In paginae 4 sinistra columna item atramento exemplar exterius scriptura transversa exarabatur.



In n. LXIV, cuius non restat nisi dimidia tabellae secundae pars, in paginae 4 columna sinistra nihil inscriptum est praeter indicem instrumenti (*chirographum C. Tetti Fausti*); itaque aut exterius exemplar in pagina 1 (nunc deperdita) perscriptum erat aut, id quod probabilius est, exterius exemplar extra ordinem in brevis summarii vel indicis formam contractum est (vide p. 420 col. 2). De diptycho antiquissimo (n. I) quid iudicandum sit, ad ipsum adnotavi. — Extrinsecus in margine summo breviter atramento sicut in triptychis indicare solebant, ad quem hominem quamve rem instrumentum pertineret; sed is titulus conservatus est in solo diptycho n. LXIV. — Diptychum his simile repraesentatum est in pictura Pompeiana n. 1727 apud Helbigium, *Wandgemälde*, Lipsiae 1868 p. 414.

Ex iis, quae supra de tabellis in carbones redactis, de cera absumpta, omnino de libellorum statu qui nunc est exposui, lectionem certam patet plerumque non sine summis et huic monumentorum generi propriis difficultatibus reperiri posse. Paucissimae paginae litteras in cera ipsa superstites exhibent et commode leguntur, maxime interiora exemplaria, quae calligraphice exarata sunt. Ceterae omnes ita iam comparatae sunt, ut in ipso ligno nudo, in quod olim per ceram tenuissimam stilus penetraverat, scriptura investiganda sit summa utique oculorum mentisque contentione. Complures viri docti, ex quibus Carolum Georgium Brvns, clarissimae memoriae iurisconsultum, honoris causa nomino, cum me anno 1877 in museo Neapolitano huic labori incumbentem viserent, tabellas a me tum examinatas inspicientes sibi nec volam nec vestigium apparere affirmaverunt. Ac profecto in permultis ductus ita latitant oculosque fugiunt, ut vel perito tabella diu sursum deorsum versando intuenda sit, priusquam reliquias in ea omnino exstare discernere possit. Evanidae fractaeque litterae tam ambiguae saepe et fallaces sunt etiam in calligraphis exemplaribus, ut facile excusetur, si quis velut *Pollione* pro *Palfurio* vel *d*II ORDIINII pro AB PHILADELPHO legerit.

Legendi difficultates in quibusdam magnopere auctae sunt eo quod in ligno inter litteras rimulae lineis similes exstant vel vestigia prioris aut adeo priorum scripturarum apparent permixtae cum novissima, quibus rebus labor imponitur plane portentosus. Accedit aliud hoc. In plerisque tabellis res ita comparata est, ut nullus versus nedum vocabulum integrum oculo simul appareat, saepe ne litterarum singularum quidem lineae omnes. Itaque, cum etiam speculi usus in his sit fere nullus, litterae, mox vocabula ex lineis separatis anquiri et componi non possunt nisi describendo. Is autem labor maxime arduus est propterea, quod uno quidem obtutu prima saepe litterae linea sola apparet, altera non reperitur nisi aliorsum inclinato carbone friabili, eodemque modo pergendum est ad reliqua. Iam vero describendi ars in eo maxime posita est, ut in apographo singulae lineae eadem plane figura, quam in archetypo habent, eademque positione, quae iis in illo cum proximis intercedit, accuratissime reddantur. Atqui post primam delineatam expiscanda secunda linea; sed ut haec illi in charta recte addatur, denuo quaerenda est illa, eaque opera, tam oculos quam animum defatigans, continuanda est usque ad finem paginae vel tabellae. Quodsi apographum tali tantoque labore recte feceris, id ipsum verba vera plerumque facile tibi aperiet, si minus, labor erit irritus.

Ea exempla, quae non a tabellione calligrapho sed a creditore ipso exarata sunt, magna ex parte, etiamsi bene conservata restent, lectionis sunt perdifficilis, difficilioris, si evanida vel mutila sunt. In quibus legendis quantopere errare vel peritus possit, exemplo sunt n. XLVI v. 27, ubi FRVGI pro ARVM, n. CXLII p. 5, in qua, ut alia omittam, ĪĪ V*i*R IVRII DIC | PRIV*atus* pro SOLVTIO RII*i* PVBL- | OB FVLLONIC, n. CXLIII pag. 5, in qua VIICTIG- pro FVLLONIC- lectum erat.

Quae atramento exarata sunt, alias et sibi proprias legendi difficultates habent. In universum quidem est quod miremur atramenti firmitatem, quae tanta est, ut in multis litterae macularum instar a carbone splendenti clare distinguantur commodiusque legantur quam scariphatae. Deinde hoc observavi, quae atramento scripta sunt, facilius investigari legique in umbra quam in solis luce, ad quod tamen omnino opus est sole tali, qualis est Neapolitanus, etiam in umbra reflexu suo satis efficax. Nam sub Hyperboreo sole ne clarissimo quidem lumine utens, nedum sub umbra agnoscere ex his multa poteris. Sed difficultatem legenti hoc scripturae genus eo facit, quod litteras adhibet multas lineolis vel apicibus parvis minimisve inter se distinctas, ex. gr. A R N M; C G Q D; E S; I U; T F Γ (*s*) H (*h*); D B L; P C T. Quodsi haec discrimina non sunt conservata, lectio admodum impeditur et mirum quantum ab vero aberrari potest. Velut in n. VI v. 18 et 21 CERDONIS et CIIRDONIS pro TVRBONIS, n. VII v. 19 CERICIAEI pro CERINTHI, n. LXVII v. 21 vel CASELLI vel ONYCIS pro TAGETIS lectum erat a peritis. — Non raro lectio eo impeditur, quod ductus quidam evanuerunt vestigio relicto nullo. Praeterea cavendum est, ne particulae minimae, in quibus superficies non plana sed cava est, lineae esse putentur; in quem errrorem eo facilius induci possumus, quod pagina quarta, cum tabellae findendo factae sint, hic illic non bene levigata est. Ad ea, quae eiusmodi locis atramento scripta sunt, legenti utile est tabellam obliquatam intueri sive ab imo sive ab summo margine. In nonnullis locis (cf. ex. gr. n. CXII adnot. 1) calamus ita in lignum penetravit, ut cum atramentum evanuerit, litterae esse scariphatae videantur.

Quae cum ita sint, ut vera ex his vestigiis lectio eliciatur, praeter summam oculorum intentionem scripturaeque peritiam opus est divinandi opera continua. Ea longe quidem facilior est in iis partibus, quibus formula instrumentorum nota continetur atque ipse sententiarum verborumque ordo et contextus investigantem adiuvat, sicut adiuvat in membranis

palimpsestis Plauti, Gai, aliorum. Longe maiorem difficultatem afferunt reliqua: summarum numeri, creditoris, consulum, signatorum nomina, quippe quae alia fere sint in aliis libellis. In numeris et creditoris nominibus aliud accedit incommodum hoc, quod, ut supra dixi, haec alio interdum modo vel stilo minus alte incisa sunt. — Quae tantae difficultates cum non possint superari nisi viribus unitis complurium, optandum est, ut posthac aliis horum partes instrumentorum nondum lectas explicare contingat. Ad quam rem tamen omnino archetypa ipsa adeunda erunt. Nam si quis apographis vel imaginibus solis innitatur, in multis verendum est ne coniectando parum proficiat. Quamquam coniectatio sane 'magis celebratur' quam vera lectio. Veritate ipsa utuntur docti indocti sicut aere et sole, auctoris obliti.

Contra imaginum huic editioni insertarum lectio longe facilior et ita comparata est, ut etiam a tironibus post exiguam exercitationem plerumque expediri queat. Particulae enim litterarum, in carbonibus aegre investigatae, transcriptae, in litteras coniunctae, iam in exemplis delineatis clare comparent eoque minorem legenti difficultatem obiicere solent, quo accuratius archetypum effictum est.

In describendis libellis numeri, ex. gr. 111 ad 130, indicant millesimas metri Gallici partes, prior altitudinem, posterior latitudinem, numeri inclusi, ex. gr. (82), significant altitudinem vel latitudinem non integram sed usque ad hanc mensuram, ex. gr. 82, servatam esse. Mensuras ipse denuo exegi; quodsi quae paucis millesimis differunt a Petrianis, id saepe inde repetendum est, quod carbonum tam ob umoris diversitatem quam ob curvaturam mutatam magnitudo aliquantum variari solet. — Exceptis imaginibus litteras non plene conservatas, sed certe lectas saepius integris typis, non mutilatis exhibui. — In ea scriptura, quae calamo atramentoque exarata est, litterae C, E, F, I, L, S, aliae ceteras saepe excedunt sursum vel (I) tam sursum quoque quam deorsum. Id quam late pateat, cum ex imaginibus nostris perspici satis possit, in iis libellis, qui non delineati repraesentantur, typis eas varietates non distinxi nisi quadamtenus in dubiae interpretationis fragmentis et in I littera; longae I enim mediis vocabulis raro, extremis tam saepe a librariis adhibitae sunt, ut in fragmentis incertisque partibus ex huius litterae forma probabiliter conici possit, utrum nominis finis necne statuendus sit. — Paginas 1 et 6 vacuas esse ubi dixi, intellegendum est, eas non excavatas nec ceratas, sed pro tegumento fuisse nec quicquam scripturae in iis exstare. — Interpunctiones eas, quas certas esse mihi persuasi, exhibui. Praeter has quae adesse videntur aut fortasse prius exstabant sed iam evanuerunt, eas omittendas esse satius duxi. — Margo inferior appellatur is, qui iuncturae foraminibus — ex. gr. in effigie pag. 278 col. 2 n. (1) et (2) — proximus est, superior is, qui huic oppositus est. Libelli pars 'dextra' vel 'sinistra' intellegenda est (nisi contrarium disertis verbis notatur) ea, quae paginam secundam spectanti dextra est vel sinistra.

Tabellarum fragmenta cum non solum formis marginatis inclusa, sed etiam pellicula, qua bracteatores uti solent, inducta coniunctaque sint, quaedam partes, ut rimae, foramina, margines, sigillorum stria iam non possunt inspici; detrahendo autem pelliculas cavendum est ne violetur tabellae superficies aut prorsus corrumpatur, ipsius tamen rei emolumento nullo aut parvo. Nam Vincentius Corazza, quem sollertissime coniungendi opera functum esse p. 275 dixi, vix quicquam obtexisse confido, in quo scripturae homo peritissimus vestigia vidisset. In imaginibus vero, ut consentaneum est, ea tantum expressa sunt, quae cerni poterant; itaque ne quis miretur, sicubi ex. gr. rimula aliqua non per marginem producta est.

Libelli n. I—CLIII ita digesti sunt in hac editione, ut priore parte apochae privatorum et fragmenta incerta proponantur: n. I—CXXXVII, posteriore parte comprehendantur apochae coloniae Pompeianorum, quae vel ad avitum (n. CXXXVIII—CXL) vel ad fullonicas (n. CXLI—CXLIV) vel ad pascua (n. CXLV—CXLVII) vel ad debita incerta (n. CXLVIII—CLIII) pertinent. In sua quique parte secundum annorum ordinem, quoad fieri potest, dispositi sunt. — In varia lectione afferenda ita versatus sum, ut memorarem et ea, quae a prioribus visa nunc evanuerunt vel certe mihi videntur evanuisse, et ea, de quorum lectione adhuc dubitandum esse puto. Alia a prioribus recepta afferenda erant, ut etiamsi res explorata esse mihi videretur, disertis verbis mihi ea non probari adnotarem, sive quia minime hoc mihi sumpserim, ut in tanta rei difficultate ubique certa a me reperta esse contendam, sive quia lectiones priores ab hominibus doctis iam pro fundamento ratiocinationum adhibita vel certe memorata erant. Iis Petrae lectionibus, quas Mauium probasse ex silentio eius solo colligi potest, huius nomen subieci intra uncinos ( ) positum. Vbi Mauius Petrae lectione reiecta veram ipse expediverat, haec eo magis memoranda fuit, quod Mauii opera non est edita.

Auctario (p. 406—416) addidimus triptycha duo similia Pompeis inventa anno 1887, de quibus infra, quae opus est, dicta sunt.

Absoluto iam editionis huius opere, summo patientiae temptamento, quod, sicut rationes et negotiorum meorum et ipsius laboris ferebant, subsecivis temporibus elaborandum erat, restat, ut gratum animum testificer et MVSEO NEAPOLITANO, cuius egregium beneficium nobis conlatum supra iam cum laude memoravi, et THEODORO MOMMSENO, quod plagulas prelum exspectantes perlegit et eximiis, quae suis locis adnotavi, inventis exornavit vir singularis, quem sicut Corpori huic, cuius edendi consilium ante haec decem lustra praefinivit, promovendo perficiendo hodie quoque vi ingenii iuvenili instantem admiramur, ita etiam in his antiquitatis Romanae monumentis interpretandis ducem merito sequimur.

HEIDELBERGAE PRID. KAL. DEC. MDCCCXCVII

CAROLVS ZANGEMEISTER

3340 I. diptychum altum 102, latum 134 millesimas metri. Paginae prima et quarta levigatae sunt; secunda et tertia excavatae sunt et olim quidem fuerunt cera illitae, sed cera prorsus absorpta est litterarumque vestigia tenuissima in ipso ligno servata difficillime maximam partem reperiuntur leguntur que, praesertim cum carbonis superficies permultas rimas in linearum speciem egerit. Sub versu 11 sigilli reliquiae exstant.



Pagina secunda.

HS n. DXX ob mulum
venditum [M.][1]) Pomponio
M. l. Niconi, quam pequniam
in stipulatum [L.][2]) Caecili
Felicis redegisse[3]) dicitur
M. Cerrinius Euprates[4]).
Eam pequniam omnem[5]),
quae supra scripta est,
◎ ◎



Pagina tertia.

[◎] ◎
[n]umeratam dixit se
[a]ccepisse M. Cerrinius M. l.
[E]uphrates ab Philadelpho
[C]aecili Felicis ser(vo). Ⓢ

Actum Pompeis V k. Iunias — Mai. 28
Druso Caesare
C. Norbano Flacco — cos. — p. C. 15

Integrum primus legi imaginemque et correxi et supplevi. — De Petra *tavolette cerate* 1876 n. 1, idem mox in Commentationibus in hon. Mommseni a. 1877 editis p. 417, cuius lectionem emendavi ibid. p. 824. — Secundum lectionem meam ed. Mommsen *Giornale* 1879 p. 105.

1) praenominis vestigium nullum restat. — 2) praenominis quae restant, etiam C admittunt, sed L fuisse paullo probabilius; huc accedit, quod Lucii praenomen est Caecilio Iucundo, qui huius haud dubie heres ac fortasse filius fuit (Mommsen *Giorn.* p. 71). — 3) cf. n. VI *in stipulatum eius redegi.* — 4) nota quod h. l. *Euprates*, infra v. 11 scriptum est *Euphrates*. — 5) *omnem* i. e., nisi fallor, non deducta mercede aut centesimae aliove vectigali.

In pagina prima (foraminibus sursum collocatis) litterarum atramento scriptarum reliquias detexi, sed quae incertae lectionis sint, has: 1) sub foramine dexteriore sinistrorsum ..RRIN..(?), 2) ima pagina ad dextram quinque hastarum particulas infimas. Fortasse fuit brevis instrumenti index (cf. ex. gr. CXLI p. 1). — In quarta pagina neque scripturae vestigium certum neque sigillorum ullum apparet; stria autem ad sigilla recipienda quod in hoc non est incisa, ei commune est cum diptychis omnibus. — Alterum exemplar, cuius nulla vestigia exstant, Petra p. 419 statuit perscriptum fuisse in libello separato nunc deperdito, quae tamen res nescio an nullo exemplo comprobari possit. Contra Mommsenus ex ipsa acceptilationis natura coniecit illo tempore, cuius est hoc diptychum, cetera [tantum non omnia] annis fere quadraginta superans, instrumenta et testibus et secundo exemplari carere potuisse. Id fieri potuisse negavit Brunner *Zur Rechtsgeschichte der röm. und germ. Urkund.* I (Berlin 1880) p. 46 not. 3: *Eine vom Destinatär selbst oder von einem servus desselben geschriebene völlig zeugenlose Aufzeichnung ist nur eine Privatnotiz* ('*propria annotatio*'), *ohne*

andern Zweck, als dem Gedächtniss des Inhabers zu Hülfe zu kommen (cf. Cod. Theodos. X 16, 3, Cod. Iust. IV 19, 6, 7) oder nur ein Entwurf einer Zeugenurkunde, der aus irgend welchen Gründen nicht vollzogen wurde. — Mihi neque ad illam neque ad hanc coniecturam videtur confugiendum esse. Nam fieri potest, ut alterum exemplar cum signatorum nominibus atramento scriptum fuerit in quarta diptychi pagina, non excavata ad sigilla recipienda sed levigata, evanueritque totum vestigio relicto nullo. Hoc quidem factum esse in tabulis multis certum est (ex. gr. in libelli CXLIV signatorum nominibus); illud probant diptycha n. IV. L. LXIV. CXXXVIII. CXXXIX, ut in certissimis afferendis subsistam. Rem autem plane decidunt incisurae singulae, quas in superiore et inferiore marginibus archetypum clare exhibet. Iis enim, quippe ad filum sigillorum inserendum factis, comprobatur fuisse in pagina quarta ceras et signatorum nomina. Hoc autem evicto nihil est cur alterum quoque exemplar ibi olim scriptum fuisse ac deinde prorsus periisse dubitemus.

II. triptychum 102 ad 143. Paginae 1 et 6 levigatae sunt. In p. 2 et 3 excavatis nunc cera prorsus periit nec quicquam legitur nisi quod p. 2 v. 1 numerorum vestigia agnoscuntur. Pag. 4 ad sigilla recipienda excavata et atramento inscripta est. Pag. 5, quae excavata est, media ceris sigillorum paginae quartae inquinata est. Ipsius cera prorsus evanuit nec scriptura restat, sed media parte prope marginem dextrum chirographi reliquiae aliquot fortasse cernuntur; exemplum autographarium in hac pagina exaratum fuisse inde patet, quod in eius angulo dextro inferiore sigilli vestigia exstant.



Margo tabellae secundae, pars sinistra.

PER[1]) . . . .

Pagina quarta, columna sinistra, scriptura transversa.

HS n. ∞ CCC. . . . . quae [p]ecu[nia in stipulatum]
L. Caecili Iucundi [veni]t[2]) [o]b[2]) [auctionem]
M. Allei Carpi in idus D[e]cembr(es) pr[imas][3])
mercede minus n[umerata[4]) habere se]
dixsit M. Alleius Carpus ab L. Caeci[lio Iucundo]
act(um) Pomp(eis) V k. Dec. Nov. 27
[L.][5]) Calpurn[i]o [6]) M. Licinio [cos.] p. C. 27

Pagina quarta, columna dextra.

. . . . .
. . . . . .
Q. . . .
[P.] Furi For[t]u[nati][7])
. . . . . .
. . .[8])
(?)

Descripsi et imaginem correxi. — De Petra n. 2; contulit Mau.

1) fort. *per[scriptio]* . . .; De Petra *p(erscriptio) M. [Alleio Carpo]* legerat minus probabiliter. Mauius exhibet post duarum triumve litterarum spatium hastam litterae L similem. — 2) has T et λ evanidas vidi sed non delineavi. — 3) utrum DECEMBR PR[an DECEMBRES] fuerit, incertum est; illud mihi anno 1885 tabellam recognoscenti probabilius esse visum est. — 4) NumERata Petra; NVmERAta Mau. — 5) praenominis nunc quidem forma ambigua est, ut C potius quam L esse videatur. — 6) hoc loco punctum postea detexi. — 7) ante FVRI anno 1885 vidi ⊤ quod tam P litterae quam T esse potest. P. Furius Fortunatus in libellis n. XVIII et LXIX redit. Post FVRI punctum postea clare agnovi. — In fine huius versus fortasse scariphata N cum clausula exstat; itemque videntur quaedam scariphata fuisse in versibus praecedentibus, sed lineae parum clarae sunt. — 8) testium qui fuerit numerus, incertum est; videntur tamen fuisse octo aut, cum in ima columna fortasse reliquiae exstent, novem.

M. Alleius Carpus redit in libello n. XXI anni 56, ubi sunt 1386 sestertii, sicut in hoc 13[. .].

III. triptychi tabella prima 116 ad (115). Pagina 1 vacua (nunc obtecta, mihique non visa). Pag. 2 cerata, sed litterarum pars magna periit.



Pagina secunda.

..C[ornelio][1]) L. Salvio cos. p. C. 52
.........s (33 ?)
Mi[2]).......s scripsi me[3])
..........isse[4]) e[x]
[auctione mea ab L.] Caecilio
Iuc[undo hs. n.] s[ep]tem[5]) millia
. . . . [du]os nummos
. . . .
. . . .
. . . .[6])
[◌] ◌

Lectionem recognovi et imagine repraesentandam curavi. — De Petra n. 35; contulit Mau.

1) num praenomen adfuerit, incertum est. — Litteram E exhibet Petra.

2) praenomen omisit Petra.

3) litterarum ICIS (quas Petra exhibet integras) reliquiae dubiae exstant.

4) praenomen omisit Petra.

5) haec fere DEUT . . . // vidi; fortasse *Deuteric*[*i*]? Petrae DEXTERI admitti nequit.

6) lectio incerta est, cum litterae inde a quinta male factae sint: R (A, T), O (P, C), R, S (HEGESCRI Petra). *Hegemon*(*is*) non videtur admitti posse.

7) ultima videtur H fuisse.

CXXXIII. fragmentum tabellae secundae, (68) ad (72; col. dextrae integra latitudo est 60).

Pagina quarta, col. d., atramento inscr.

F C V N
D I
V E R I
M · RVFELLI HORI[1])
M [CORNELI MAXI*mi*][2])
N[3]) . . . .
N . . C I[4])

Descripsi. — De Petra *Giornale degli scavi* 1879 p. 115 n. *o*.

1) non recte FLORI Petra.
2) quae inclusi, sic legenda videntur.
3) tam *Cn.* quam *N.* fuisse potest.
4) pro C etiam T admitti potest.

CXXXIV. fragmentum tabellae secundae (37) ad (31).

Pagina quarta, col. dextra, atramento inscr.

ЄPANIoNIS[1])
r. FLo . . RI[2])
LVor[3])

Descripsi et recognovi. — De Petra *Giornale d. sc.* 1879 p. 115 n. *p*.

1) lectio initii incerta est; prima et tertia similes sunt P litterae. — PE . . . COS . . I Petra.
2) inter *Flo* et *ri* duarum hastarum vestigia exstant; num deletae sunt?
3) lectio incerta est (. . . . PLV Petra).

CXXXV. fragmentum paginae secundae aut paenultimae, nam aversum latus levigatum est, (32) ad (45); margo sinister latus est 12. Scriptura est minuta.

I \ ı ı N ı
J \\ ı \ı ı
C ı. \ ı

Descripsi. — De Petra *Giornale d. sc.* 1879 p. 115 n. *t*.
Incertae lectionis sunt omnia. Sic VI Iıı · A C ı . . . Petra.

CXXXVI. fragmentum tabellae tertiae (89) ad (42).

Pagina quinta.

ΑΙ
ΑΥ
ΚΙϹ
ΤΟ . . . . μη
ΑΚκηπιτσε ἀπὸ καικι-
ΛΙѠ ειουκουνδω τηστερτια
ΚοΑ"τουορ μίλια ετ σε-[1])
ΞΑΓΙντα . . . νουμμους[2])
ϾΞΑΥΚτιωνε . . . .
ϹϹϾΠΤεμβρ . . . . . μ = ρ[3])
ΚΗΔϾ[4])μινους. Ακτ. Πομπ.

Descripsi. — De Petra *Giornale degli scavi* 1879 p. 116 n. *u*.
Ab eodem homine videtur scripta esse atque n. XXXII pag. 5, qui in hoc quoque chirographo litteris graecis, sermone latino usus est.

1) tertia versus littera A potius quam P videtur esse.
2) post ΞA sequitur aut Π aut ΓΙ.
3) post T fragmentum exstat, quod litterae Є esse potest. — Petra legit ϹϾΠΤ omisso C priore.
4) ante H est K (vix OX aut OΔ). — Petra ZHAЄ exhibet.

CXXXVII [in museo Neapolitano est n. 131] triptychi tabellae tres mutilae (maxime tabella I, minime tab. II), tab. II: 110 ad 141. Ex pag. 2 et 5 cera paene evanuit, in pag. 3 prorsus periit; pagina 5 praeterea, itemque maxima ex parte columna paginae 4 dextra sigillorum ceris liquefactis inquinatae sunt. Litterarum reliquiae exceptis paginae 4 paucissimis servatae sunt nullae.

Vidi.

Apochae coloniae Pompeianae.

1. ob avitum n. CXXXVIII—CXL.
2. ob fullonicas n. CXLI—CXLIV.
3. ob pascua n. CXLV—CXLVII.
4. ob debita incerta n. CXLVIII—CLIII.

CXXXVIII. diptychum fere integrum 112 ad (127). Pagina 1 vacua est. Pag. 2 et 3 etiam nunc ceratae sunt. Pag. 4 levigata sicut pag. 1; ei atramento inscripta sunt in dextra columna signatorum nomina, in sinistra exemplar exterius; in parte media sigillorum quinque vestigia restant. Iuxta superiorem et inferiorem margines tam in pagina 4 (vide imaginem) quam in pagina 1 singulae incisurae factae sunt ad linum inserendum (vide praefationem). — In paginae 3 angulo dextro inferiore sigilli reliquias agnovi, cuius cerae diffluentes maculam effecerunt usque ad marginem sin. supra versus 12 principium excurrentem, cuiusque vestigia etiam in pagina 2 apparent ab angulo dextro superiore usque ad versuum 5 et 6 principia.



Pagina secunda.

[Q. C]oelio Caltilio Iusto L. Helvio
Blaesio Proculo II vir. iur. [d.]
pr. idus Martias Mart. 14
Secundus [c]o[lonoru]m coloniae
Ven[e]riae Corneliae servo[s]
accepi P.[1]) Terentio Prim[o]
HS DCCLXXVI[2]) ob avitum [et][3]) reliquos
patritum fundi Audiani[4])
nomine Stali Inventi
⊚ [⊚]



Pagina tertia.

⊚ [⊚]
iussu Caltili Iusti et[5])
Helvi Procu[li].

Act. Pomp[eis]
D. Iunio Torquat[o Sil]ano[6])
Q. Haterio Ant[onino cos.][7]) p. Chr. 33
Ⓢ

Lectionem a me correctam ampliatamque imaginibus exhibui. — De Petra n. 125 addita in tab. IV paginae 4 imagine a Barnabeio delineata; contulit Mau.

1) sic pro *accepi ab* (vel *a*) *P.* errore scriptum est. Nam P certa est; non recte A Petra (Mau).

2) fortasse non D sed Ð scriptum est. — Vocabulum *reliquos*, primum errore omissum deinde infra additum, inserendum est post hunc numerum; cf. v. 18.

3) litterae II prior linea evanida restat, qaam vidi post delineatam imaginem.

4) Audius habetur n. CLI. — Non recte RVDIANI h. l. et v. 19 priores legerunt.

5) IIT repperi post delineatam imaginem; haec III restant.

6) ultimum nomen omiserunt Petra et Mau.

7) ONINO nunc pellicula obtectae sunt; litterae prioris O, itemque fortasse ultimae S vestigia supersunt.



Pagina quarta, col. sin., atramento inscripta.

scriptura transversa.

Q. Coelio [Cal]tilio[8]) Iusto L. Hel[vio Blaesio]
Proculo II vir. i. d. pr. idus Mart.
Secundus c. c. V. C. ser. scripsi me accepisse ab
P. Terentio Pr[i]m[o][9]) HS DCCLXXVI reliquos
ob avitum [fun]di[10]) Audiani et accepi
ante [h]anc d[ie]m[11]) HS V̄CCXXIIII.
Act. Pompeis
[D. I]unio[12]) Silano Q. Haterio Antonino cos.

Pagina quarta, col. dextra, atramento inscr.

Ⓢ Secundi c. c. V. s.
Ⓢ L. Helvi Blaesi
Ⓢ Q. Coeli Iust[i][13])
Ⓢ //n. Pupi[14]) . . . . . .
Ⓢ . . . .[15])
[◍]

8) integrum exhibet Petra (Mau).

9) litterarum I et O vestigia dubia restant; integras exhibet Petra (Mau).

10) FVN exhibet Petra (Mau).

11) HANC DIEM integra apud Petram (Mauium).

12) litterae I prioris reliquias vidi.

13) IVSTI integrum exhibet Petra (Mau).

14) utrum CN fuerit an N, dubium est, illud tamen paullo probabilius. — Non recte CN POPIdi . . . . priores legerunt.

15) principio versus quae exstant reliquiae, videntur esse graphio, non calamo scriptae esse; sed vestigia esse puto calami in lignum penetrantis.

CXXXIX. diptychi tabella secunda mutila, (98) ad (113). Paginae 3 scriptura ceris pessumdatis evanuit; in eius angulo dextro inferiore fortasse sigilli reliquiae exstant. In pag. 4, quae levigata est, media quinque sigillorum vestigia supersunt.



Pagina quarta, columna sinistra, atramento inscripta

scriptura transversa.

. . . .[1])
. . . . . [idu?]s Feb.[2])
Privatus c. c. V. C. ser. s[c]ripsi me acc[episse]
ab L. Caecili[o][3]) Iucu[nd]o HS ∞ . . . .[4]) ◍
[ex[5]) r]eliqui[s][6]) ob avi[t]um[7]) fundi . . . i[8])
. . . . s praef. i. d.[9])

Pagina quarta, col. dextra, atramento inscripta.

Ⓢ . . . .[10])
Ⓢ D. L[u]c[re]ti Val[entis][11])
Ⓢ M. Stronni Se[cundi][12])
Ⓢ M. Veneri Sec[undi][13])
Ⓢ Privati c. c. [V. C. s]
◍[15])

Lectionem correxi et imagine exhibui; quasdam reliquias (vide adnot. 4. 5. 6. 11. 13) post delineatam imaginem vidi. — De Petra n. 126; contulit Mau.

1) versuum 1 et 2 reliquias agnovi ego.

2) sic videtur legendum esse.

3) CAIICILIO integrum (II pro E per errorem posito) exhibet Petra.

4) post ∞ supra scriptum videtur CX; numerus fortasse sic M[CXLII?] legendus est.

5) sic fere ʌ' Mau, eX ego.

6) litterae R reliquias R vidi.

7) T Petra, T Mau; mihi litterae vestigium dubium apparuit.

8) vide imaginem; . . . . Petra, A ... Mau.

9) lectio non est prorsus certa litteris parum distinctis.

10) vix dubium est, quin hoc versu, qui totus periit, Privati nomen scriptum fuerit, sicut v. 11.

11) VAI| vidi solus. — Lucretius Valens, D. Lucretii Valentis (eiusdem fortasse, qui anno 34 duumvir v. a. s. p. p. erat) filius, flamen perpetuus Neronis, Augusti filii, munus edidit (supra p. 70). Si idem hoc loco agnoscendus est, hoc anno duumvir i. d. aut praefectus i. d. fuisse putandus est, cum summum coloniae magistratum inter signatores esse probabile sit.

12) Mauio infra *M. Stronni* altero versu haec [*cu*]*ndi* scripta esse videbantur; sed recognoscenti mihi NDI admodum dubias esse neque ante haec vestigia litteris CV spatium restare apparuit.

13) sic lego. Fortasse Secundus coloniae Veneriae servus, in diptycho n. CXXXVIII anni 53 memoratus, idem est, videlicet postea manumissus a colonia. — M CIMINI SECundi Petra, M·VIMIMI·SE|cundi Mau.

CXL. fragmentum tabellae secundae diptychi altum (42), latum (50). Aversum latus levigatum est.

Pagina tertia.

N V IIII IIII V IIII
AVITV IIII

Descripsi. — De Petra *Giornale degli scavi di Pompei* 1879 p. 116 n. *v*.
Particula est apochae vectigalium municipalium; cf. n. CXXXVIII et CXXXIX.

CXLI. triptychum integrum 101 ad 122. In pag. 1 atramento scriptus est index libelli. Paginae 2. 3. 4. 5 etiam nunc ceratae sunt, ut scriptura plerumque clare legatur. In pag. 2 prioris scripturae reliquiae exstant (vide imaginem v. 5). Pag. 6 vacua est. In paginae 3 angulo dextro inferiore sigilli vestigia mihi videor agnoscere, in pagina 5 exstant nulla. In paginarum 1 et 6 tam ima quam summa parte incisura est facta ad inserendum filum (cf. praefatio); in pagina 1 ima altera incisura exstat, sive per errorem loco parum apto sive ad prioris instrumenti usum facta.

Pagina prima, atramento inscripta.

Chirograpum[1]) Privati c(olonorum) c(oloniae) V(eneriae) C(orneliae) s(ervus)
ob fullon icas[2]) soluti[3])
HS ∞ DCLII anni primi.



Lectionem emendavi et imaginibus exhibui. — De Petra n. 117; Mau contulit et ex p. 1 et 2 nonnulla enotavit.

1) ultimam esse M mutilam puto; S Petra.

2) spatium medio versu relictum est sicut v. 1 et 3 ob filum circumvolutum; vide imaginem. — Infra versu 13 non *fullonicas* ut h. l. sed *fullonicam* scriptum est.

3) in fine punctum, non O minor mutila exstat.

Pagina secunda.

Sex Pompeio Proculo
C. Cornelio Macro II vir. i. d.
XI k. Mart. Febr. 19
Privatus coloniae ser.
scripsi me accepisse ab
L. Caecilio Iucundo sest-
ertios mille sescentos.

Pagina tertia.

quinquaginta du[o][4]) num-
mos ob fullonicam
ex reliquis anni unius.

Act. Pom.
Nerone Aug. III cos.
M. Messalla (S) p. C. 58

4) utrum O sit an A, dubium est.



Pagina quarta, in duabus columnis graphio inscripta.

Privati	c. c. V. C. s.
Sex. Pompe.	Procul.
Sex. Pomp.	P[rocul.][5]
A. Messi	Proni(mi)[6]
Privati	c. c. V. C. s.



Pagina quinta.

Sex. Pompeo[7]) Proculo d. i. d.[8])
C. Cornelio Macro
XI k. Mart.
Privatus colonor.[9]) colon-[10]) se-
scrips[i] me[11]) acc[epi]sse [ab] L. Caec-
Iucund. HS ∞ D[CLII] ob
fullon- ex reliq. ann.
un-
Nerone Caes. III
Messalla cos.

5) neglegenter exarata sunt, sed non dubito quin sic legenda sint.

6) sic lego; non recte GRATI Petra.

7) sic *Pompeo*, non *Pompeio*, ut Petra exhibet, scriptum est.

8) hoc *d. i. d.* ex mea lectione accessit.

9) utrum COLONOR· an COLONORV(*m*) fuerit, incertum est.

10) post COLONI nihil praeter clausurae lineam subiectum est, ut hoc v. post SII, v. 27 extr., v. 29 post *fullon*, v. 30 post *un*. — Non recte v. 26 *p*OIIII'SIIR (pro *colon- se-*), v. 29 FVLLONI*cas*, v. 30 VNIVS Petra legit.

11) IIIII errore pro IIIIII scriptum videtur, sed potest IILII fuisse.

V. 3 *ob fullonicas*, v. 13 *ob fullonicam* scriptum est; n. CXLIV v. 4 tam *ob fullonica*[*m*] quam *-ica*[*s*] fuisse potest. Reliquis exemplis n. CXLII v. 8 et 26, n. CXLIII v. 11 et (*-ic*[*a*]) 27, n. CXLIV v. 14 habetur *ob fullonica*. — Iucundus fructus sive vectigalia officinarum fullonicarum ab colonia redemptarum aut ipse percipiebat aut officinas eas aliis exercendas locaverat. Fieri item potest, ut intellegantur vectigalia coloniae debita propter fullonicas usurpatas a Iucundo redempta, id quod proposuit Ferdinandus Kniep, societas publicanorum 1896 p. 21, comparans vectigal aquae a fullonibus in publicum pendendum, quod Frontinus aq. II 94 memorat.

CXLII. triptychum fere integrum, 106 ad 118. Pagina 1 levigata, vacua. Paginae 2. 3. 4. 5 etiam nunc ceratae; in pag. 2 scriptura optime conservata est. Pag. 6 levigata inscripta atramento. — In paginae 3 angulo dextro inferiore sigilli reliquiae exstant, quibus litterarum RONIO COS partes inferiores obtectae sunt. In paginis 1 et 6 tam infra quam supra incisurae singulae factae sunt; cf. ad n. CXLI.



Pagina secunda.

L. Albucio Iusto L. Veranio
Hypsaeo duumviris iur. dic.
Privatus coloniae servos
scripsi me accepisse ab
L. Caecilio Iucundo sester-
tios mille sescentos
ⓢ ⓢ



Pagina tertia.

ⓢ [ⓢ]
quinquaginta duo nummos
ex reliquis ob fullonica
ante hanc diem, quae
dies fuit pr. idus Iulias.
Act. Pom. XVIIII k. Sept. Aug. 14
A. Paconio Sabino A. Petronio cos. p. C. 58
ⓢ

Lectionem a me multis locis correctam ampliatamque imaginibus exhibui. — De Petra n. 118; contulit Mau.



Pagina quarta, in duabus columnis graphio inscripta.

Privati	c. c. V. C.
L. Albuci	Iusti
M. Stro	nni Secun
L. Vera-	Phile-[1])
Priva-[2])	colo[n.]
◍	[◍]



Pagina quinta.[3])

◍ ◍

Pr. idus Septem[bres]
solutio re[i][4]) publ-
ob fullonic. ∞ DCL[II]
chi[r]ogr[apu(m)] Priva[ti]
c. c. V. C. s.
dur[a]tu[5]) L Albuci Iusti
et L. Verani-[6]) ....[7])
A. .....[8]) A. Paco[nio] c(os.)

1) post PHILII clausulae signum exstat, ut post VIIRA.

2) post PRIVA fortasse clausula exstat; PRIVATI Mau, sed *ti* reperire non potui.

3) pagina tota fugienti manu ductibus valde ambiguis neque sine erroribus (v. 18 *pr. idus Septem[bres]* collatis v. 10. 11. 30; v. 24. 25) exarata est. Scripturam difficillimam longe aliter legerat Petra (Mau).

4) fortasse litterae I summa pars restat.

5) sic videtur legendum esse; eodem modo IIVR (II·V·R) pro II VIR aliquotiens in candidatorum programmatis scriptum est, v. supra p. 264 extr.

6) VIIRANII est aut (id quod probabilius) VIIRANI cum clausula.

7) scriptum esse PRIL videtur aut PRI cum clausula. Fortasse Veranio Hypsaeo etiam alterum *Phile*... cognomen erat (cf. v. 16); quod si admittitur, R neglegenter pro H exarata est.

8) in *A. Petro(nio)* ductus non conveniunt. Sed legi potest *A(ctum) Pompe(is)*.



Pagina sexta.

solutio ob fullonica
anni se[c]undi Privato c. c. V. C. s.
L. Veranio Hupsaeo L. Albucio Iusto
d. v. i. d.[9]
pr. idus Iulias
A. Paconio A. P[etr]onio [cos.]

9) hunc versum in editione omissum detexit postea Petra.

CXLIII. triptychum fere integrum, 110 ad 123. Pagina 1 vacua est (nunc obtecta). In paginis 2. 3. 4. 5 cera hic illic consumpta est vel diffluxit, plerumque tamen superstes est. In pagina 6 instrumenti summarium atramento scriptum est. — In paginae 3 angulo dextro inferiore sigilli parvi vestigium restat, nullum in pag. 5.



Pagina secunda.

Cn. Pompeio Grospho Grospho[1])
Pompeio[2]) Gaviano[3]) II vir. iur. dic.
VI idus Iulias Iul. 10
Privatus colonorum coloniae
Veneriae Corneliae Pompei-
anorum[4]) ser. scripsi me
accepisse ab L. Caecilio Iucundo
sestertios mille sescentos

Lectionem a me emendatam imaginibus exhibui. — De Petra n. 119; contulit Mau.

1) alterum *Grospho* v. 2 post *Pompeio* collocari debebat.

2) ante *Pompeio* C exhibet Petra (Mau), quae non adest.

3) sic legendum est; GIOVIANO Petra, GROVICANO aut GRAVICANO dubitanter Mau.

4) v. 6 principio cave legas IANORVM.



Pagina tertia.

quinquaginta nummos nummo[5]) libellas quinque ex reliquis ob fullonica[6]) anni L. Verani Hupsaei et Albuci Iusti d. v. i. d. solut(os).

Act. Pom.
M. Ostorio Scapula T. Sextio Africano cos. p. C. 59
Ⓢ



Pagina quarta, in duabus columnis inscripta graphio.

Privati	Ⓢ	c. c. V. C. ser.
Cn. Pomp.	Ⓢ	Gropi[7]) Gav-[8])
M. Veso[n.]	Ⓢ	Marc-[9])
A. Clodi	Ⓢ	Iusti
Priva(ti)	Ⓢ	c. c. V. C. s.

5) sic *nummo* scriptum exstat, non *numm I* ut legit Petra (Mau).

6) post *fullonica* prius interpunctionis loco scripta erant alia, quinque fere hastis constantia, quorum has reliquias agnovi NIIL ego (IIII· Mau, correcturam non memorans); *m* fuisse non posse mihi videtur.

7) pro *Grosphi* vel *Grospi* per errorem scriptum est aut GROPS (sic Petra) aut GROPI.

8) GAV- potius quam GAVI esse puto; omisit Petra, CAV Mau.

9) sic legendum esse veri simile est; IIII·VOLCI LICVRG Petra, item, nisi quod pro LICVRG dubitans proposuit MARC, Mau.



Pagina quinta.

Duobus Grosphis d. i. d.
VI idus Iuli-
chirograpum [10]) Privati c. c. V. C. s.
HS ∞ DCLIS [11]) ob fullonic [12])
anni ter[ti].

T. Sextio M. Ostor- c(os.).



Pagina sexta, atramento inscripta.

Chirograpu . . [13]) Privati c. c. [V. C. s.]
HS ∞ DCLIS [14]) ob fullonic[a] [15])
anni terti
duobus Grospis d. v. i. d.
M. Ostorio T. Sextio cos.
VI [16]) idus Iulias.

10) CHIROGRAPVS non recte Petra.
11) S certa est; cf. adnot. 14. — DCLI// Petra (supplens DCLI) et Mau.
12) VIICTIG- pro FVLLONIC- Petra: verum vidit Mau.
13) M videtur fuisse, sed admitti potest etiam S.
14) non recte LII Petra; correxit Mau. — Libellae quinque (v. 10) sunt dimidia pars sestertii i. e. asses duo; idem hoc loco significatur nota S. Cf. Mommsen *Hermes* XII p. 131 = *Giornale degli scavi* 1879 p. 104.
15) CA// Mau; sed pone Λ periit nihil.
16) pone VI atramento I· deleta sunt.

CXLIV. triptychum integrum, 117 ad 135. In pag. 1 atramento index libelli scriptus est; in media parte spatium relictum est propter filum iam circumvolutum, cui imponendo supra et infra tam in hac quam in sexta pagina incisurae factae sunt. In paginis 2 et 3 ceris prorsus consumptis litterarum tenues ductus in ipso ligno leguntur. In pag. 4 media in stria excavata sigillorum quinque clara vestigia supersunt nec plura adfuisse possunt, in columna dextra certe nunc nihil legitur neque omnino ulla scripturae vestigia cernuntur, in col. sinistra duumvirorum nomina scriptura transversa exarata sunt, i. e. alterius exemplaris principium (cf. n. II. V. XLIX). Pagina 5 ceris prorsus consumptis reliquias paucas in ligno nudo exhibet. Pag. 6 vacua est. — In paginae 3 ipso angulo dextro inferiore sigillum exstat, nullum in pagina 5.



Pagina prima atramento inscripta.

Nerone Caesa[re] [I]III Cosso [cos.] p. C. 60
VIII idus Maias Mai. 8
chirograpum Privati c. C. V.
HS ∞ DCLII ob fullonica . .[1])
anni qua rti



Pagina secunda.

N. Sande[lio] Messio Balbo P. Vedio Sirico
duomviris[2]) iure dic.
Sex. Pompeio Proculo [p]raef.[3]) i. d.
V[III i]dus Maias
Privatus coloniae Pompeianorum
ser. [scripsi] me accepisse ab
L. Caec[ilio Iu]cundo sestertios
mi[lle se]scento[s] quinquag[inta][4])

Lectionem a me correctam imaginibus exhibui. — De Petra n. 120 cum imaginibus in tab. II (pag. 2 et 3) et III (pag. 4 et 1) a Barnabei delineatis; contulit Mau.

1) pone CA initium litterae M aut S exstat.
2) O, non V (ut Petra), legendum mihi videtur; VIRI parum clarae sunt.
3) P viderunt Petra (et Mau).
4) litterarum I N et A reliquiae exstant.



Pagina tertia.

[duos nummos] ob fullonica a[nni] [quarti].

Actum Pompeis

Nerone Caesare Aug. īīī Cosso Len[tulo cos.]

Ⓢ



Pagina quarta, columna sinistra, atramento inscr.

scriptura transversa.

N. Sandelió Messió Balbó P. Vedió Síricó

(reliqua desiderantur)

Pagina quarta, stria excavata et col. dextra.

Ⓢ
Ⓢ
Ⓢ
Ⓢ
Ⓢ

(in columna dextra nihil scripturae nunc appa-ret)

CXLV. triptychum fere integrum 108 ad 123. Pagina 1 vacua (nunc obtecta). Paginae 2. 3. 4. 5 etiam nunc ceratae. In paginae 4 stria quinque sigilla agnoscuntur eorumque vestigia etiam in paginam 5 transierunt. Pag. 6 atramento inscripta. — In paginae 3 angulo dextro inferiore sigillum restat, cuius vestigia etiam in paginae 2 angulo dextro superiore cernuntur. In pagina 5 sigilli in ipsa impressi vestigium exstat nullum. — In media pagina 1 ad superiorem et inferiorem margines incisurae singulae exstant; num ibidem in pag. 6 exstiterint, incertum relinquitur, cum eae partes non bene conservatae sint.



Pagina secunda.

C. Cornelio Macro Sex. [Pompeio] 1)
Proculo duumviris i. d.
nonis Ianuaris — Ian. 5
Privatus coloniae Pompeianor.
ser. scripsi me accepisse ab
L. Caecilio Iucundo sestertia
duo millia sescentos
septuaginta quin[que]
⊗ [⊗]



Pagina tertia.

⊗ [⊗]
nummos ex reliquis ob
pasquam anni Modesti
et Vibi Secundi II vir. i. d.

Act. Pom.
Nerone Caesare III
M. Messalla Corvino [cos.] Ⓢ 2) — p. C. 58

Lectionem a me emendatam imaginibus exhibui. — De Petra n. 121; contulit Mau.

1) hoc nomen pessumdedit macula ex sigillo paginae 3 extr. enata.

2) in sigilli reliquiis postque eas litterarum c et s (notae cos) vestigia vidi.



Pagina quarta, in duabus columnis grephio inscr

Privati	Ⓢ	c. c. V. C. s-
Sex. Pomp(ei)	Ⓢ	Procul(i)
Cn. Pompe(i)	Ⓢ	Gaviani[3])
P. Terenti	Ⓢ	Prim(i)
Privat(i)	Ⓢ	c. c. V. C. s-
		ib. xx[4])
◍		[◍]



Pagina quinta.

◍ ◍

C. Cornelio Macro Sex. Pom-
Procu[lo] d. i. d.
non(i)s Ianua[r. Pri]vat[u]s colonor. sic
Pompeianor. ser. scripsi
me accepisse ab L. Caecili-
Iucundo [HS ∞ ∞] DCLXXV ex
rel[i]quis[5]) ob pasqua . .[6]) anni
Modesti e[t] Vibi Secund[i]
Act. Pom.
Ner[on]e Caes[are] III
Messal. Corvin.[7]) C-[8])

3) haud dubie idem est Cn. Pompeius Grosphus Gavianus duumvir anno 59/60, cuius nomina agnovi n. CXLIII v. 2 et 16.

4) sic aut Iᗡ\XAX scriptum videtur esse. Fuitne [*l*]*ib*(*ellus* vel -*ello*) *XX*? — Priores omiserunt.

5) fortasse RIILQVIS Privatus scripsit (cf. v. 23 NONS), aut I postea inseruit.

6) post PASQVA videtur V aut II exstare. An sunt vestigia litterae M?

7) COR\\IN vidi post delineatam tabulam.

8) COS Petra (Mau), non recte.



Pagina sexta atramento inscripta.

Solutio ob
anni primi
duumviris
debuera(m) anni su
HS ∞∞ DCLXX

pasqua
Privato
Pompeio et Cornelio
perioris [9])
v [10])

9) anno superiore, i. e. ab 1 Iul. 56 usque ad 30 Iun. 57, duumviri fuerant Q. Postumius Modestus et C. Vibius Secundus; cf. v. 10 et 28 et vol. X pag. 91 sq.

10) mediis versibus spatia relicta sunt propter linum, quod impositum fuerat ad libellum colligandum.

CXLVI. triptychi tabellae secunda et tertia mutilae, 106 ad 125. Paginae 3. 4. 5 adhuc ceratae. In pag. 4, cuius utraque columna graphio inscripta est, sigillorum primi et secundi reliquiae in ipsa stria apparent (paullo clarius quam in imagine), tertii exstat macula, quae in columnam sinistram fluxit; praeterea tres maculae distinctae ex his sigillis in pagina 5 enatae sunt. Non possunt fuisse in pag. quarta plura sigilla quam tria. Mancinius *Atti della R. Accad. di arch.* XI 1 p. 98 quinque sigilla adfuisse perperam censuit. — In pag. 5 sigilli vestigium exstat nullum; paginae 3 pars extrema, quo loco in hoc instrumentorum genere sigillum impressum esse solet, periit. — In pagina 6 libelli index atramento scriptus est.



Pagina tertia.

◎ [◎]
septuagint[a qu]inque nummos
ob pasquam
iussu Pompei Proculi.

Act . . . . .
M. Valerio [Messalla C. Fonteio cos.] p. C. 58

Lectionem a me correctam ampliatamque imaginibus exhibui. — De Petra n. 122; contulit Mau.



Pagina quarta, in duabus columnis graphio inscripta.

. . . . Ⓢ . . . .
Sex. Po[mpei] Ⓢ [Procul]i
Privati Ⓢ coloniae servi
Ⓢ [Ⓢ]



Pagina quinta.

Ⓢ Ⓢ
Sex. Pompeio Proculo C. Corne[l]io[1]) Macro
[d]uumviris i. d.
....i[d]us Iulias Iul. 8—14
Pr[iva]tus coloniae P[o]mpeianorum
servos[2]) scripsi me accepiss[e] ab L.
Caecilio Iucu[ndo] HS n. ∞ DCLXXV ob
pascu[am iussu Po]m[p]ei Proculi.
[Act]um[3]) Pompeis
[M.[4]) Valerio] Messalla C. Fonteio cos. p. C. 58

1) litterae L ad rimam ligni vestigia non plane certa vidi post imaginem delineatam; CORNIILIO integrum exhibet Petra (Mau).

2) SIIRVOS potius legendum est quam SIIRVVS, ut Petra (Mau).

3) litterae A partes imae supersunt v. 17 ante *Messalla*.

4) litterae M prima linea restat.



Pagina sexta, atramento inscripta.

Solu[tio ob] [p]asquam
an[ni] . . . .
HS ∞ D[CLXXV]
//////////////////////////[5]

. . . .
. . . ◉ . . . . ◉ . . . . .

5) haec pars laesa est et iam obtecta.

CXLVII. triptychum fere integrum, 112 ad 125. Paginae 1 et 6 vacuae (nunc obtectae, ut videre non possem). Paginae 2. 3. 4. 5 adhuc ceratae sunt scripturamque exhibent optime conservatam, in pag. 4 et 5 chirographa fugienti manu exarata sunt. — In paginae 3 angulo dextro inferiore (infra OS) sigilli vestigium exstat, nullum in pagina 5.



Pagina secunda.

L. Veranio Hupsaeo[1]) L. Albucio
Iusto duumviris iure dic.
XIIII k. Iulias Iun. 18
Privatus coloniae Pompeian.
ser. scripsi me accepisse
ab L. Caecilio Iucundo
sestertios mille sescentos
septuaginta quinque
◉ ◉

Lectionem recognitam a me imaginibus exhibui. — De Petra n. 124; contulit Mau.

1) in Hypsaei nomine h. l. et v. 20 V, sed v. 16 Y scriptum est.



Pagina tertia.

nummos et accepi ante
hanc diem, quae dies
fuit VIII idus Iunias sester.
mille nummos ob
vectigal publicum pasqua.

Act. Pom.
Cn. Fonteio C. Vipstano cos. p. C. 59



Pagina quarta, in duabus columnis graphio inscripta[2]).

L. Verani	Hypsaei
Privati	c. c. V. C. ser.
L. Albuci	Iusti
Privati	c. c. V. C. se.

2) paginam 4 non amplius quam quattuor versibus inscriptam fuisse certum est. Sigilla quattuor quin adfuerint cum dubitari nequeat, tamen neque in stria huius paginae ullae eorum exstant reliquiae neque maculae ex iis in paginam 5 translapsae apparent.



Pagina quinta.

L. Veranio Hupsao[3]) L. Albucio Ius[to]
d. i. d. XIV k. Iul.
Privatus c. c. V. C. ser. scripsi me
accepisse ab L. Caecilio Iucund[o]
HS ∞DCLXXV[4]) et accepi ante
hanc diem[5]) VIII idus Iunias
HS ∞ num. ob vectigal[6]) publicu(m)
pasquorum.

Act. Pom.
C. Fonteio C. Vips. cos.[7])

3) non est fuitve HVPSAIIo, ut Petrae visum erat.

4) ∞ correctum est ex minoribus ∞ et inchoata D.

5) *m* h. l. et v. 27 et 28 tribus lineis sed tertia producta vel (v. 28) in clausulam excurrenti scripta est.

6) AL ligatae sunt eo modo, qui in tabellis Dacicis saepe adhibitus est (cf. quae dixi vol. III p. 964).

7) litterae *os* obiter indicatae sunt.

CXLVIII. triptychum mutilum 122 ad 137. Pagina 1 vacua est. In paginis 2. 3. 5 ceris partim pessumdatis pauca restant scripturae; de paginae 3 reliquiis vidi adnot. 8. Pag. 4 in columna dextra atramento inscripta est; in eius stria excavata prioris sigilli vestigia supersunt. In paginae 3 angulo dextro inferiore sigilli reliquiae cernuntur; macula eius in pagina 3 pertinet usque ad marginem sinistrum paullo supra mediam paginam et in pag. 2 ab angulo dextro superiore ad marginem sinistrum medium. In pagina 5 in foramine sinistro fili particula restat. — In pag. 2 prioris scripturae reliquiae exstant.

Margo tabellae secundae, atramento inscriptus.

chirograpu(m) Privati c. — [c.] V. C. ser.[1])

Pagina secunda.[2])

d. v. i. d. QVINQ
V*i*II *idus dec.*
privatus COLONORVIII*i* C*olo*NIA I*i*
POIIIIPIIIANORVIIII

Lectionem a me correctam auctamque imaginibus exhibui excepta pag. 2. — Paginas 4 et 6 (paginas 4 et 1 esse rati) ed. De Petra n. 127, contulit Mau.

1) pro PRIVATI C· — *c* V C SER haec PRIVATI — *col* (*c*OL Mau) SER Petra et Mau, non recte.

2) secundam hanc esse, non quintam paginam concludi potest (cum foramina huius tabellae perierint) ex macula tam in hac quam in pag. 3 exstanti, itemque quintam non recte secundam esse habitam docent maculae ex pag. 4 in ea ortae (vide adnot. 3).



Pagina quarta, col. dextra, atramento inscripta.

| Ⓢ Privati c. c. Vener.
| ser.

[3]) Privati c. c. V. C. ser.

⊚ ⊚



Pagina sexta[4]) *atramento inscripta.*

[chirograpum Privati c. c.][5]) V. C. s.

[Cn. Alleio Nigidio] Maio[6])

......................o[7]) d. i. d. [quinq.]

VIII idus Dece(mbres) Dec. 6

Cn. Lentulo Ga[e]tulico T. Cur[tilio Mancia cos.][8]) p. C

⊚ [⊚]

3) ante versum 11 sigillum clare agnoscitur; reliqua striae pars nunc obtecta est, ut inspici nequeat. Sed medio inter v. 11 et 13 spatio in hac stria sigillum impressum fuisse patet ex macula ex eo enata in pag. 5, sicut altera macula ibidem exstat ex sigillo ante v. 11 impresso orta. Scripturae in pagina 4 praeter versus 11. 12. 13 vestigium cernitur nullum. Itaque aut solus obsignavit Privatus altero sigillo minus accurate non ante v. 13 sed media striae altitudine collocato, aut tam nomen duumviri, qui praeter eum obsignavit, quam alterum Privati sigillum ante v. 13 impressum evanuerunt. — Mancini *Atti della R. Accad. di archeol.* XI 1 p. 98 quinque sigilla et quinque signatorum nomina olim adfuisse coniecit perperam.

4) sexta (non prima, ut visum erat Petrae et Mauio) est pagina; vide adnot. 2.

5) huius C ante V positae post delineatam imaginem has: ⎯C reliquias vidi.

6) Cn. Alleius Nigidius Maius (cf. p. 70 et tab. cer. n. XVI), quem hic agnovi, quinquennalis erat teste muneris edicto n. 1179; quo anno fuerit, ex hoc libello discimus. Anno 1 Iul. 55—30 Iun. 56 quinquennales fuisse Pompeis inde iam collegit Mommsen p. 122 = 98, quod vectigalium annus primus incepit ab 1 Iulio 56 (n. CXLI); cum eoque conveniunt alii quinquennalitatis anni 15 et 25 et 40, qui noti sunt; cf. Mommsen vol. X p. 92.

7) estne *Regulo*?

8) paginae 3 versu extremo vidi has reliquias: cN LIINTVLO *t curtilio* [I\\]*ancia* *cos* sed lectio incerta est.

CXLIX. fragmentum tabulae tertiae, (32) ad (75). Integra latidudo 98 erat. Pagina aversa (i. e. triptychi sexta) levigata est.

Pagina quinta.

ↄ ◎
. . . . . . C · VIBIO SIIC~ p. C. 56/57
ii (VIR I · D

Descripsi. — De Petra *Giornale degli scavi* 1879 p. 116 fragm. *x*.
Est fragmentum apochae vectigalis municipalis. — C. Vibius Secundus duumvir erat a. 56/57; cf. vol. X n. 826 et tab. cer. n. CXLV.

CL. triptychum mutilum, altum olim circ. 107, nunc: tab. I (93), tab. II (100), tab. III (76), latum: nunc tab. I (106), tab. II (62), tab. III (82). Paginae 1 et 6 vacuae. Pag. 2 et 3 ceris nunc carent. Paginae 4 columna dextra nunc deest. Pag. 5 (cuius pars dexterior periit) ceram habet servatam, sed inquinata est nec reliquias praebet nisi paucissimas, quae legi nequeunt. — In paginae 3 angulo dextro inferiore sigilli reliquiae supersunt, eiusque vestigia etiam in paginae 2 v. 1 extremo apparent.

In paginis 2 et 3 prioris scripturae reliquiae multae supersunt, posteriori ita confusae, ut huius lectio valde impediatur. In imaginibus (exceptis paginae 2 extremae paucis reliquiis) ea tantummodo delineanda curavi, quae posterioris scripturae sunt et ea, quorum lectio certa est. Reliqua eo demum auctore delineari poterunt, cui lectio contigerit.



Pagina secunda.

[L. Veranio Hyp]saeo [1]) L. Albuc[io] [2])
duumviris i. d.
. . . . [3]) (Sept.—Dec.)
[Privatus colonor. Pompeianor.]
[ser. scripsi me] accepisse
[ab L. Cae]cilio [4]) Iucundo
[sestertios . . . . m]illia [5])
. . . . [6])
[◎] [◎]



Pagina tertia.

[◎] ◎
[iu]ssu
[L. Albuci L.] Verani
[II] vir. i. d. [7])
[Act. Pomp.]
[A. Paconio S]abino [8])
[A. Petronio Lu]rcone cos. p. C. 58
Ⓢ

Lectionem a me correctam ampliatamque imaginibus exhibui. — De Petra n. 123; contulit Mau.

1) HYP litterae, quas Petra exhibet, prioris scripturae reliquiis obscuratae sunt et incertae.

2) IO nunc obtectae sunt macula ex sigillo paginae 3 extr. nata.

3) versu extremo BR Petra, CT \BR Mau; sed incerta sunt. Probabilius . . RIIS i. e. -*res* legitur.

4) CAIICILIO integrum exhibet Mau.

5) haec *m*ILLIA (obscurata reliquiis antiquioribus) agnovi; non recte *m*ILL*e* Petra.

6) quae restant, priore scriptura tam obscurata sunt, ut legi non possint. In tabula non indicata sunt nisi extrema, quamquam et ipsa dubia.

7) V integram vidi post delineatam imaginem. Longior hasta, quam imago exhibet, prioris est scripturae. Ea descendit per priorem litterae V hastam.

8) per se discerni nequit, utrum v. 13 huius sit scripturae an prioris; v. 14 ante RCONII vidi LV non satis claras.

CLI. triptychum fere integrum, 121 ad 142. Paginae 1 et 6 vacuae sunt. Ex pag. 2 et 3 cera evanuit exceptis versus 8 parte et versibus 9 et 10. Pag. 4 col. dextra adsignantium nomina tam graphio quam atramento scripta exhibet, in stria excavata quinque sigillorum supersunt vestigia (primi et quinti paucissima); etiam in paginam 5 ex his sigillis 2. 3. 4 transierunt vestigia. Pagina 5 cera nunc caret, scriptura eius in ligno nudo difficillime investigatur. — In pagina 3 ima, in v. 13 extremo sigillum impressum est.



Margo tabellae secundae atramento inscriptus.

ꜱOLVTIO[1]) — . . . .

Pagina secunda.

[L.] [C][2]) . . . . . o [T]i. C[laudio]
[V]ero [d.] i. d.
[III (?) idus Ianu]ari[as]
[Privatus] colon... Pompeian.
s[er.] scripsi me accepisse
ab [L. Cae]c[i]lio Iucundo[3])
sestertia duo[4] millia[4])
◎ ◎



Pagina tertia.

◎ ◎
quingentos viginti numm(os)
nomine M. Fabi[5]) Agathini
mancipis merca[t]uus.[6])

Act. Pom.
P. Mario P. f.[7]) L. Afinio co[s.] p. C. 62
Ⓢ

Lectionem emendavi multisque auxi; imagines addidi paginarum 2. 3. 4. — De Petra n. 114; contulit Mau.

1) paene evanuerunt, quamobrem non sunt delineata; ꜱOLVTIO Mau.

2) tam C quam G fuisse potest.

3) versuum 2—7 reliquias vidi solus.

4) litterae O et A vix inter se differunt.

5) *Fabi* omiserunt priores. — Cf. n. V et LVII.

6) reliquias aegre a me detectas, quas in imagine repraesentavi, sic legi *mancipis merca[t]*...; unde posterius vocabulum fuisse *mercatuus* Mommsenus repperit, coloniam statuens Agathino vendidisse mercatum i. e. solaria a tabernariis propter stationes solvenda similiaque. De mancipe cf. Mommsen *Westd. Korrespondenzblatt* VIII (1889) col. 7 (= *Bullett. di diritto rom.* II p. 130 adnot.) et *Bull.* l. l. p. 132. — Genetivus item scriptus exstat vol. II n. 2416 *conventuus* (ubi vide quae Mommsenus adnotavit), VI n. 230 *exercituus*, IX n. 4794 et XII n. 1782 *domuus*.

7) pro P·F· non recte CELSO antea legebatur.



Pagina quarta, columna dextra.

	a *atramento scr.*	b *graphio scr. in* **a**
Ⓢ	. . . .[8])	(nihil scriptum est)
Ⓢ	Ti. Claudi	TI CLAVDI VERI[9])
Ⓢ	C. Numitori	AVDI · BASSI[10])
Ⓢ	M. Ant[oni]	M ANTONI · TERTJ
Ⓢ	. . . . . .	(nihil scriptum est)

Pagina quinta.[11])

L· . . . . CLA''*dio vero*
duumviris i. d.
PRIV*atu*S CoL *colonorum p*OIIIIPII*ian.*
*se*R SCRIPSI JIIIII ACCIIPISSII AB
l CAIICILIO IVCVNDO . . . .
. . . .
. . . .
act. pomp. III *i*DVS IAN*uari*AS — Ian. (11?)
P JIIIARIO [12]) L AFINIO C*os* — p. C. 62

8) primo et quinto loco non dubium est quin Privatus obsignaverit; eiusque nomen graphio non est praescriptum v. 14 et 18 propter hoc ipsum, quod hi loci servi actoris sollemnes erant. Praeter solitum in hoc libello nomina graphio clarius scripta sunt quam calamo ac fortasse etiam plenius; quamquam fieri postest, ut atramentum sub finem versuum evanuerit.

9) Ti. Claudius Verus duumviratus candidatus habetur supra pag. 251 idemque munus edidit (vide p. 70). Iam hoc libello docemur functum esse eum illo honore anno 61/62. Sed munus ob eundem hunc duumviratum edidisse non potest, si quod Tacitus Annal. XIV 17 narrat Pompeianos prohibitos esse publice in decem annos [inde ab a. 59] eiusmodi coetu, non solum ad gladiatorios, sed omnes ludos amphitheatrales pertinuit idque decretum per decennium aut certe usque ad hunc duumviratum valuit. — Idem duumvir fortasse agnoscendus est in n. CLII.

10) itaque plene nominabatur C. Numitorius Audius Bassus. In n. XXII habetur C. Numitorius Bassus; gentilicium *Audius* Pompeis aliunde notum est: cf. vol. X p. 1063 et supra n. CXXXVIII *fundi Audiani*.

11) paginae reliquias vidi solus. Restant ductus tenuissimi neque ulla fere littera servata est integra. Videntur fuisse versus novem.

12) ante L AFINIO hastarum fere sex exstant reliquiae, quae tamen fortasse prioris sunt scripturae.

CLII [in museo Neapol. n. 130] triptychi tabellae secunda et tertia, 114 ad 144. In paginis olim ceratis 3 et 5 cum cera prorsus evanuerit, in nudo tamen ligno reliquiae supersunt. In tabellae secundae inferiore margine foramina exstant non duo sed tria *b*, *c*, *d*, in superiore habetur unum *a* (cuius superior pars periit), in tabula tertia non amplius duo foramina (exteriora) *c*, *d* exstant. In pag. 4 vestigia scripturae restant nulla; sigillorum stria ut in aliis libellis Pompeianis media paginae parte incisa est. Unicus est horum Iucundi libellorum, in quo ad filum sigillorum inserendum tabellae perforatae sunt; cf. praefationem.

Pagina tertia.



Descripsi.

1) altera versus 1 parte numeri scripti erant verbis.

2) sequentes litterae (ON quae ON fuisse videri possunt) dubiae sunt lectionis. Areae 81 mill. altae pars infra versum 4 (50 mill.) vacua videtur relicta esse, nisi forte *actum Pompeis* inferiusque consulatus perierunt vestigio relicto nullo.

Pagina quarta.

a
ⓢ
[ⓢ] [3])
ⓢ
ⓢ
ⓢ
ⓢ
ⓢ ⓢ ⓢ
c b d

3) in stria excavata sigilla quinque reliquiis agnoscuntur, etsi primum fere evanuit, eorundemque vestigia in pag. 5 cernuntur. Plura quam quinque sigilla non exstabant.

Fragmentum paginae 3 quomodo restituendum sit, dubium est. Fortasse v. 4 referendus est ad Claudium Verum duumvirum ab 1 Iulio 61 ad 30 Iunium 62 (cf. n. CLI). Versu 3 extr. si [*Sec*]*undi* fuit, pertinere potest ad Vibium Secundum duumvirum a. 57/58 aut L. Ceium Secundum, quem candidatum saltem eius honoris fuisse scimus. Quae praecedunt, fortasse ad reliqua ex anno priore referri licet.

CLIII. triptychi tabellae prima et secunda ita mutilatae, ut paginae 2 marginis inferioris pars, ceterorum nihil restet, paginae 4 columnae dextra sola superstes sit, alta usque ad 112, lata 60; in dextro paginae 4 angulo superiore non multum deest, angulus sinisterior periit. In pag. 2, quae nunc cera caret, reliquiae supersunt nondum lectae, nullae in pag. 3.

Pagina quarta, col. dextra, atramento inscr.

[1])
. . . ICI [2])
M LICINI · ROMANI
M · STRONNI SECVNDI [3])
A · MESSI · PHRONIMI
PRIVATI · PVBLICI
[ⓢ] ⓢ

Recognovi. — De Petra n. 107; contulit Mau.

1) superne non multum periit; spatium capax est versuum sex, vix septem, nam inter v. 1 et 2 paullo maius quidem spatium est, sed ad secundum versum non sufficit, nec vestigium certum apparet ullum. Interstitia versuum marginumque sunt haec: 9 mill. (mg.—v. 1), 26 (v. 1—2), 19 (v. 2—3), 24 (v. 3—4), 18 (v. 4—5), 18 (v. 5—mg.). Res tamen non prorsus est certa propterea, quod mensurae variant et hic ipse locus nunc laesus est et pellicula ad frustula coniungenda obtectus.

2) versus 1, quem primus detexi, supplendus est [*Privati publ*]*ici*; fuerunt igitur quattuor signatores, sigilla quinque. — Postea litteras ICI vidit etiam Mancini *Atti della R. Accad. di archeol.* XI (1883) 1 p. 97, qui tamen mire fallitur, quod homini nomina fuisse affirmat *Publicius Privatus* et cognomen ab eo '*giusta la forma servile*' praepositum esse censet. — Apocham esse municipalem omnino probabile est; nam Privatum coloniae servum actorem fuisse constat, quodque tam primo quam ultimo loco obsignavit, in instrumentis municipalibus occurrit solis. Duumvir, cui adsignandum erat, potest fuisse Licinius Romanus. Is candidatus propositus est programmate n. 829*a*, quod tamen honoris indicatione nunc caret.

3) finalem I exhibet Petra (Mau), nunc non apparet.

AVCTARIVM.

Ad has tabellas ceratas n. I—CLIII annis duodecim post ex parietinis Pompeianis accesserunt duo alius generis libelli, qui hoc Auctario exhibentur. Reperti sunt 20 Sept. 1887 in regionis VIII insula 2 intra aedificium n. 22—24 in membro quodam *rustico adiacente alle fornaci del bagno privato* (De Petra *Notizie degli scavi* 1887 p. 415) Ea domus, cuius accurata descriptio debetur Mavio (*Mittheilungen des archaeol. Inst.* 1888 p. 194 sqq.), sita est proxime marginem collis Pompeiani, ubi is meridiem versus praerupta fronte planitiei imminet. Membrum illud erat balnei praefurnium, sub eiusque scalari (*appiè della scala* Mav ait l. l. p. 205) iacuerunt tabellae, quem locum ipse inspexi anno 1889. Involutae erant teste Petra l. l. panno (*un forte tessuto*) una cum parva Iovis statua argentea, tribus inaurium aurearum paribus, patera aenea, inprimis vero cum larga supellectili argentea, in qua praeter cetera erant sex vasorum species exemplaribus quaternis. De libellis ipsis, quos tres esse tum putabant, duos esse postea patuit, Petra addidit haec p. 415 sq.: *Parve dapprima che il numero di questi fosse ben più grande, perchè da quello stesso trovamento si ebbe una quantità notevole di pezzi di legno, i quali erano tutti chi più chi meno disfatti dall' umido e dall' aria; e la poltiglia delle parti marcite, nascondendo le facce e i contorni di ogni pezzo, impediva di riconoscerne la natura. Ma poi, da un esame accuratamente fatto si riconobbe, che in fuori dei due libelli* [immo tabellae I et II libelli n. CLV], *che avevano sin dal primo giorno mostrata una pagina scritta, ed oltre ad un terzo libello* [n. CLIV], *i cui fogli vennero aperti in seguito, tutti gli altri pezzi di legno non presentavano il minimo indizio di scrittura, ed erano assai massicci, e diversi per qualità dal legno adoperato nei libelli. Per ispiegare la cosa io suppongo, che l' involto sia stato, al tempo della catastrofe, posato sopra un panconcello di legno, i cui avanzi furono raccolti e confusi con le tabelle cerate. Il luogo dello scavo, e le circostanze del trovamento narratemi dai soprastanti, non contraddicono punto a questa supposizione.* — De statu tabellarum idem Petra monuit haec p. 417: *Per l' umido che li aveva in parte decomposti, i libelli tornarono a luce incompleti, ed oggi ne rimane molto meno di quello, che si leggeva subito dopo la scoverta; poichè appena scorso qualche giorno, gli strati di cera staccandosi dal legno si screpolarono in minutissimi pezzi, che si sono disgregati e confusi.* Pagina secunda libelli n. CLV unica erat, in qua cera ad lignum adhaereret, *forse per l' ossido di rame, di cui è impregnata* (Petra p. 419); eius imaginem photographicam Neapoli mox effictam quod proponere infra potuimus autotypice redditam (signatam *A*), insigni regii ministerii italici, penes quod summa institutionis publicae cura est, debemus benevolentiae, quod nobis intercedente Victorio Scialoia imaginis exemplum anno 1897 transmisit. Sed paginae tertiae cera mox in particulas minutas rupta est, quae deinde a ligno discesserunt confusae inter se eo quoque ut videtur (cf. Petra *Atti* p. 18 sq.), quod tabella, ut aversa eius pagina, i. e. libelli quarta, inspici posset, non posita in vitro sed versata est. Ea frustula conservata quidem nunc sunt diligenter in museo Neapolitano (cf. Scialoia *Bull. di dir. rom.* I p. 214), sed magnopere dolendum est, quod hae tabellae, quantum sciamus, non omnes proximis post inventionem diebus Pompeis photographice effictae sunt, ut is saltem status, quo prodierunt, imagine mere mechanica et fida conservaretur. In hoc damno litteris illato bene factum est, quod paginam 3 Mavivs statim Pompeis descripserat solita peritia et sollertia. Id apographum (*M* a nobis signatum), unicum nunc eius paginae restituendae fundamentum, in museo Neapolitano, ubi iam archetypi vices agit, Mommseno rogante photographice effictum est, ad quod exemplum infra zincographice redditum exhibetur. Imago Petrae iussu delineata ab eoque *Atti* tab. I edita (P^a), paginam fere pessumdatam repraesentat, reliquiis tamen Mauii lectionem omnino confirmat. Antehac Mauiani apographi non praesto erat nisi apographum (*m*) per chartam lucidam transcriptum (non effigies ab photographo facta, ut Eckio visum erat p. 61 et 68), quod zincographice recusum ediderat Scialoia *Bull.* I p. 9, cf. p. 6 et 212. Sed hoc non paucis ab Mauii exemplo aberravit, id quod sane evitari vix potest, si quis cursivos incertae saepe interpretationis characteres eo modo reddere conatur. Exempli gratia illud apographi apographum v. 25 ᴐ ᴐ pro ᴐ ɟ ᴐ, v. 34 x pro IX exhibet, v. 30/31 litterarum fragmenta non infra PIIR sed post PIIR collocat, deinde tam ad v. 35 COS quo loco legendum sit indicare quam de parte in margine schedae ab Mauio iterum descripta monere neglexit, unde legentibus, quo illa pertinerent, dubitatio nata est (cf. Eck p. 93 not. 1); nec vero eae mendae sunt zincographi (cf. Scialoia *Bull.* I p. 212), cum is arte mere mechanica utatur, sed eius, qui transcripsit, et eius, ad quem corrigendi cura pertinebat. Quae cum ita sint, ab hoc apographi apographo omnino abstinendum est.

Reliquarum paginarum notitiam debemus de Petrae, qui in his quoque tabellis describendis edendisque laudabiliter versatus est. Is libelli n. CLV paginae 2 exemplum cursivis litteris descriptum edidit *Notizie*

p 1887 p. 418 (signavi *p*), repetitum ab SCIALOIA *Bull. di diritto rom.* I p. 8, qui exemplum ex effigie photographica (*A*) in quibusdam correxit (p. 6 not. 1). Deinde PETRA paginas 2 et 3 (P^2 et P^3) in *Atti della R. Accademia di archeol.* XIV, Neapoli 1890, tabula I, ibidemque marginem tabellae primae (P^m) paginasque 1 et 4 (P^1 et P^4) tabula II exhibuit, quibus imaginibus exempla ab Ludovico Corazza delineata lithographice reddita sunt. Tabula II repetita est ab Scialoia *Bull.* I tab. I (= pag. 4) et tab. II (= margo et pag. 1); ambae Petrae tabulae zincographice recusae exhibentur a nobis. — Praeterea easdem paginas inspexerunt Scialoia et in Eckii nostrumque usum Mauius. Ego anno 1889 itineris ad alia studia suscepti occasione fortuita usus paginam 2 recognoscere potui, de eaque notavi pauca illa, quae infra suis locis memorata sunt. — Triptychum n. CLIV non cursivis litteris, sed vulgaribus tantummodo typis vulgatum est.

Auctores, qui hos libellos ediderunt vel commentario illustraverunt, sunt hi, qui sequuntur.

1. Iulius DE PETRA *Notizie degli scavi* 1887 p. 417—419 edidit n. CLV pag. 2 et 3 cum imagine *p* et n. CLIV pag. 2. 3. 5; easdem paginas ex Petra exhibuit:
2. MOMMSEN *Hermes* 23 (1888) p. 157—159, qui primus tabellas duas maiores [n. CLV tab. I et II] eiusdem instrumenti esse et triptychum n. CLIV ad idem negotium pertinere recte coniecit.
3. Victorius SCIALOIA *Bullettino dell' Istituto di diritto romano* anno I 1888 (Romae 1889), fasc. 1, qui prodiit a. 1888, p. 5—15 ex prioribus edidit n. CLV pag. 2. 3 et n. CLIV pag. 2. 3. 5 additis imaginibus *p* et *m* (in pag. 8 et 9) et commentario.
4. Hilarius ALIBRANDI († 27 Ianuar. 1894) eodem *Bullettino* I (fasc. 1) p. 16—20 de n. CLV pagina 3 docte et perite disputavit eiusque supplementa proposuit. Hic commentarius repetitus est in eius *Opere giuridiche e storiche* vol. I [= *Biblioteca dell' Accademia storico-giuridica* vol. XII] Romae 1896, p. 541—544.
5. Iulius DE PETRA *Rendiconto delle tornate e dei lavori dell' Accademia di archeologia, lettere e belle arti, nuova serie, anno II*, Neapoli 1888 p. 48—51 libelli n. CLV paginas 2 et 3 recudit, Alibrandii emendationibus supplementisque usus, praeterea paginas 2 et 3 eiusdem libelli esse, id quod Mommsenus coniecerat, ex ipso ligno comprobans.
6. Iosephus TARDIF *Nouvelle Revue historique de droit français et étranger* XII (Parisiis 1888) p. 472—478 ex prioribus edidit n. CLIV p. 2. 3. 5 et n. CLV p. 2. 3 de eorumque instrumentorum natura exposuit.
7. Ernestus ECK *Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Band IX, romanistische Abtheilung*, Weimar 1888, p. 60—97, cum additamentis ex MAVII epistula (scr. Pompeis 27 Iun. 1888) p. 151—152. Exhibuit p. 62—67: n. CLIV p. 2. 3. 5 et n. CLV p. 2. 3 ex Petra *Notizie* et Mommseno. Idem commentario docto et luculento demonstravit, quod Gradenwitz primus coniecerat (*Bull. di dir. rom.* I p. 164, cf. Eck p. 72), libellum n. CLV mancipationem continere fiduciae causa factam ad idemque negotium pertinere atque cautionem crediti triptycho n. CLIV perscriptam. Absoluto commentario cum uti posset iis, quae Scialoia (supra n. 3) et Alibrandius (n. 4) exposuerunt, ex his, quae opus essent, in adnotationibus memoravit. — In fine n. CLV paginas 2 et 3 restitutas exhibuit.
8. Ios. TARDIF *Nouvelle revue* II (1888) p. 832—835 Eckii, quam supra memoravimus, sententiae adstipulatus est; ipse iam p. 477 similitudinem inter n. CLV et Baeticam emptionis fiduciae causa factae formulam intercedere recte observaverat.
9. Iulius DE PETRA *Atti della R. Accademia di archeologia, lettere e belle arti* vol. XIV (1889—90), Neapoli 1890, p. 17—33, tab. I et II, qui fasciculus anno 1888 seorsus prodiit. Exhibuit n. CLV paginas 1. 2. 3. 4 et marginis inscriptionem, addens in tabellis lithographis I et II imagines delineatas P^1. P^2. P^3. P^4. P^m, praeterea triptychi n. CLIV paginas 1. 2. 3. 4. 5. Ea prima est omnium paginarum editio, solita diligentia a viro de tabellis ceratis optime merito procurata. — In auctario (p. 31—33) Eckii commentarium memoravit eiusque supplementa libelli n. CLV p. 2 et 3 exhibuit.
10. In opere NICCOLINI *Case e monumenti di Pompei*, vol. IV, *nuovi scavi* p. 42—44 libelli n. CLIV (p. 1—5) et n. CLV (p. 1—4) repetiti sunt ex Petra *Atti* (supra n. 9) sine ullo usu nostro.
11. Victorius SCIALOIA *Bullettino di dir. rom.* I anno 1888, ed. Romae 1889 p. 205—227 et tabulis I. II denuo exhibuit n. CLV p. 1. 2. 3. 4 et marginem, usus Eckii (n. 7) et Petrae (n. 9) commentariis. Archetypa ipse inspexit (p. 206). Ex tabulis I et II Petrae (*Atti*) imagines paginae 4 (P^4) et paginae 1 cum margine (P^1. P^m) recudendas curavit. Reliquias, quae nunc in n. CLV pagina 3 supersunt, descriptas ex Petrae tabula I exhibuit p. 213.
12. Theodorus MOMMSEN et Otto GRADENWITZ in editione sexta libri: Fontes iuris romani antiqui ed. C. G. BRVNS, Friburgi in Br. 1893, p. 291—293 libellos n. CLIV (p. 2. 3. 5) et n. CLV (p. 2. 3 cum margine) exhibuerunt.

CLIV. triptychum repertum una cum n. CLV, infra mutilum, latum 140 mill. In pagina 1, quae levigata est, atramento inscripta est posterior pars summarii, cuius priorem columna sinistra paginae 4 exhibet. In paginis 2 et 3 marginatis et ceratis exemplar interius graphio exaratum est. In pagina 4 levigata atramento inscripta sunt in dextra columnae signatorum nomina, in sinistra, ut dixi, summarii initium. In pagina 5 marginata et cerata exemplar exterius graphio scriptum est vel certe erat. Marginis superioris incisuram vel, quod adesse propter n. CLV probabilius est, foramen ad linum sigillorum inserendum non memoraverunt editores.

Pagina secunda.

HS N ∞ LD[1]) ARGIINTV]III
PROBV]III RIICTII DAR]
STIPVLATA IIST DICID*ia*
]IIIARGARIS SPOPOND*it poppea*
PRISCI LIBIIRTA NO*te*

Pagina tertia.

ACTV]III PoIIIIPIIIS VIII[2])....
L IVNIO CAIISIINNIO PAIITO
P CALVISIO RVSONII CoS p. C. 61

Pagina quarta, columna dextra, atramento inscripta.

stria sigillorum	
	. . . . RI . . .
	. . . .

Pagina quarta, columna sinistra, atramento inscripta
transversa scriptura.

stria sigillorum
. . . . . .
. . . . . .
. . . . M
. . . . . . O
. . . MI . . .
. . . Γ . . .

1) notam L contra regulam ad subtrahendum numerum adhibuisse librarium monuit Mommsenus *Hermes* 23 p. 159, cf. 22 p. 604.

2) VII. Petra *Notizie.* — Probabile est fuisse *VIIII kal.....* sicut n. CLV v. 34.

Pagina prima, atramento inscripta.

. . . .
N · MI
POPPAEA *prisC*]
] DICI*d*IA

ACTVM POM*p*. . . . .
l. IVNIO *caesennio paeto p. calvisio* p. C. 61
RV*son*E *cos*

Pagina quinta.

]III
RI][3])
ACTV]III PO]IIIPIIIS

3) RI] Petra *Notizie*; *re* Mommsenus, *rim* Scialoia p. 15 proposuerunt.

Paginas 2. 3. 5 solas edidit Petra in *Notizie degli scavi* 1887 p. 419; paginas 1—5 idem anno 1888 ed. in *Atti d. accad. di archeol.* XIV p. 24; cf. p. 21 adnot. 1. — Paginas 2. 3. 5 ex Petra p. 419 exhibent Mommsen *Hermes* XXIII p. 159, Scialoia *Bullett. di dir. rom.* I p. 14—15, Tardif *Nouvelle Revue de droit* XII p. 474, Eck *Zeitschrift der Savigny-Stiftung*, vol. IX, *romanist. Abth.*, p. 66—67, Niccolini *case e monumenti* vol. IV, *nuovi scavi* p. 44, denique Mommsen et Gradenwitz in Brunsii Fontibus ed. 6 p. 293.

Est cautio sestertiorum 1450 ab Poppaea Note numerandorum Dicidiae Margaridi, scripta eodem anno et, ut probabile est et Mommsenus coniecerat, eodem die, quibus instrumentum n. CLV; id earundem quoque mulierum est, ut tamen Dicidia Margaris in illo n. CLV emptrix, in hoc creditrix, Poppaea Note in illo venditrix, in hoc debitrix sit.

CLV. triptychi tabellae prima et secunda, infra (i. e. si paginas 1. 2. 4 spectas) mutilae. Tab. I nunc alta est ad 113 mill., lata 183; tab. II (cuius tamen, cum curvata sit et fracta, mensurae verae vix possunt exigi) nunc alta est ad 123, lata ad 162; olim tabellae altae erant circiter 140 (Scialoia p. 216), latae 183 (Petra *Atti* p. 18) vel paucis millesimis latiores (Scial. p. 206 et 216); post paginae 2 lineam primam (v. 2) marginis dextri vestigia supersunt (Petra *Atti* p. 18), in imagine P^2 non expressa. Cum his convenit primum quod post versum 2 nihil scripturae deesse ex contextu patet et quod foramen supra litteram II nominis NOTII exstans mediam fere latitudinis partem prodit. Ea autem cum ab sinistro margine exteriore 92 mill. absit, secundum imaginem 184 millesimarum latitudo efficitur. — In margine superiore tabellae I atramento scriptus est index libelli, continuatus fuisse videtur in tab. II ac fortasse in III, quae periit, nam in tab. II reliquias agnovit Scialoia p. 218. — In superiore margine tabellae I foramen exstat ad immittendum linum, quo in sigillorum stria obsignato exemplar interius clauderetur; tabellae II autem pars superior eo loco mutila est et utriusque tabellae inferior margo, in quo quin alterum foramen exstiterit dubitari nequit, periit totus. De Petra in commentariis suis (in *Notizie*, *Rendiconto*, *Atti* editis) illud foramen plane non commemoravit, unde seductus Scialoia p. 211 adesse negavit; sed ab utraque tabellae I parte superiore clare etiam nunc apparere ipse vidi atque in Petrae imagine tertiae quidem paginae (P^3) recte expressum est; in paginae autem 2 imagine (P^2) cum omissum esset, iam addendum ipse curavi. De hoc genere foraminum vide quae dixi in praefatione huius Supplementi. — In pag. 1, quae levigata est, summarii in pag. 4 coepti posterior pars inscripta est atramento; quamobrem infra post paginam 4 exhibetur. Paginae 2 et 3 marginatae et ceratae exemplar interius graphio scriptum proponunt; librarius inde a v. 12 usque ad v. 35 minoribus litteris scripsit, ut tamen ad versus 32—35 scriptura paullo minus angusta usus sit (vide ad v. 12). Pagina 4 non marginata, sed levigata est; striam sigillorum excavatam, qua carent diptycha omnia, ex triptychis nullum, habet in parte vel ipsa media vel fortasse paucis millesimis sinistro margini propiore, quae res propter tabulae II condicionem, quam significavi, accuratius definiri nequit. In dextra columna signatorum nomina atramento scripta erant, quorum reliquiae supersunt; in sinistra item atramento, sed transversa scriptura summarii exarata est pars prior; de posteriore vide supra ad paginam 1.

A

P²

Margo tabellae primae, atramento inscriptus.

(Imaginem P^m vide infra ad pag. 1)

tab. I: firmata (?) [f]enorum (?) scriptio (?)[1]

tab. II: . . . .

Pagina secunda.

◉[2]

Popp[a]ea[3]) Pr[i]sci[4]) liberta Note[4a]) iuravit pueros Simplicem
et Petrinum, sive ea mancipia alis nominib[us]
sunt, sua esse seque possidere neque ea mancipia
ali[5]) ulli obligata esse neque sibi cum ul(l)o[5a]) com[munia]
esse eaque mancipia singula sestertis num[mis sin-]
gulis Dicidia Margaris emit ob seste[rtios n. ∞LD[6]) et]
mancipio accepit de Poppea Prisc[i[7]) liberta Note]
tutore auctore [D.][8]) Caprasio[9]) A[mpliato][10])
libripende in singula P. C[11]) . . . . [an-]
testata[12]) est in si[ngu]la . . . .
Poppea[13]) Prisci[14]) lib. No[te][15]) . . . .
uti ea manc[ipia][16]) . . . .

(pauca desunt aut fort. nihil)[17])

[◉] [◉] [◉]

Paginam 2 in archetypo anno 1889 recognovi, anno 1897 descripsi ex imagine photographica, quam pag. 410 recudendam curavi (*A*). — Paginam 3 Mauius descripsit solus; idem marginem nobis recognovit et de aliis locis nonnullis quaedam cum Eckio communicavit.

Paginas 2 et 3 solas edidit De Petra *Notizie* 1887 p. 417 (= pag. 3 ex Mauii apographo) et p. 419 (= p. 2) cum exemplo *p* in pag. 418. — Inde Mommsen *Hermes* 23 p. 157—158; Scialoia *Bull. di dir. rom.* I p. 7 et 13 cum exemplis *p* et *m* in pag. 8 et 9; Alibrandi *Bull.* I p. 16 = *opere* I p. 541 (de pag. 3 sola disputans). — Easdem paginas iterum tractavit Petra *Rendiconto* 1888 p. 49—51. Prioribus usi ediderunt Tardif *Nouvelle Revue* XII p. 372 sq. et Eck *Zeitschr. für Rechtsgesch.* IX p. 62—65. 96—97 cum additamentis Mauii p. 151 sq., unde iterum Tardif p. 832—835.

Paginas 1. 2. 3. 4 omnes cum margine primus edidit Petra *Atti* XIV p. 22 sq. cum imaginibus $P^{m.\ 1.\ 2.\ 3.\ 4}$ in tabulis I et II. — Inde Niccolini vol. IV *nuovi scavi* p. 42 sq., Scialoia *Bull.* I p. 218—221 cum imaginibus $P^{m.\ 1-4}$ ex *Atti* repetitis; Mommsen et Gradenwitz in Brunsii Fontibus, ed. 6 p. 292 sq. (solas paginas 2 et 3 cum margine).

1) FIRMATA- - - FOENORVM SCriPTIO Petra *Atti* p. 23 (addens p. 28: *sicure sono le prime due parole*) itemque Scialoia *Bull.* I p. 218. 224; at *foenorum* scriptura ab antiquitate abhorret; FEN. scriptum est vol. VIII 9052, 8, FAEN. Elog. 5 in vol. I ed. 2 p. 189. — FIDVCIA ET FOENORVM SCRIPTIO inspecto archetypo proposuit Gradenwitz *Bull. di dir. rom.* II p. 122. Quam coniecturam a me consultus Mauius ex Neapoli 16 Aug. 1889 rescripsit sibi non probari, nam satis clare adhuc legi: I'IRMAIA ƎENOΛVM SCΛIFTIo [littera P cursiva (ut in imagine P^m)], quod tamen admitti non posse Mommsenus censet, qui proposuit *firmata duorum puerorum scriptio*; id enim tolerari posse in titulo facto ab iuris non perito vel non perita. — CAVTIO (pro SCRIPTIO) recognita tabella legit Scialoia *Bull.* II p. 271, praeterea primi vocabuli lectionem certam esse negans. — In secunda quoque tabella in margine exstare scripturae reliquias, quae tamen legi nequeant, testatur Scialoia *Bull.* I p. 218.

2) foramen, quod a prioribus omissum addidi imagini P^2, in archetypo ipso clare cernitur.

3) duplex scriptura exstat, qua lectio ita obscurata est, ut dubium relinquatur, utrum POPPAIIA an POPPIIA agnoscendum sit. Ad alteram (priorem, ut videtur) scripturam pertinere videntur POPIDI — sive *Pop[i]di..* fuerunt (*Poppidia* Scialoia p. 218) sive *Poppaea* et ipsa — propterea denuo exarata, quod hunc versum ante ceteros procurrere maluit librarius.

4) PRSICI scriptum est, *i* longiore ex correctura sed non suo loco inserta. Eodem errore, id quod sane mireris, versu 12 eiusdem nominis S inter *pr* et *i* inserta habetur; cf. adnot. 14.

4a) nomina Note et Dicidia exemplo videntur carere. Fortasse scripta sunt pro Nothe et Decidia.

5) N prius legerat Petra *Notizie*, unde [*vel u*]*num* coniecerat Mommsenus dubitans. Sed ALI potius legendum esse, agnovit Petra *Rendiconto* p. 50 et *Atti* p. 24 (probante Tardifio p. 472) itemque archetypo denuo inspecto Mauius, quod receperunt Eckius p. 152 et Mommsenus cum Gradenwitzio in Brunsii Fontibus ed. 6 p. 292. Id omnino verum esse ex archetypo intellexi anno 1889; post has litteras vidi interpunctionem certam. — Eandem formulam exstare Digest. XX 1, 15 § 2 monuit Scialoia *Bull.* I p. 223.

5a) *nule* (i. e. nullae) exstat n. 1261; alia vide in Indice p. 257 col. 2.

6) summa ∞LD hoc loco ex n. CLIV v. 1 supplenda est auctore Eckio.

7) litteras PRISC Petra vidit et imago photographica exhibet; anno 1889 cum inspexi archetypum, litterae PR ex parte, ISC totae perierant.

8) D potius quam A esse mihi videtur (D Petra *Notizie* p. 419, A Mommsen eumque secutus Petra *Atti* p. 22; cf. Scialoia I p. 212. 218, qui vidit). Caprasiorum ipsa haec duo praenomina novimus et sola.

9) CAPRASIO imago phot.; CAPRASO· apographum Petrae p. 418, errore fortuito (cf. Scialoia apud Eckium p. 77); correxerunt Scial. p. 8 et Petra *Atti* tab. I, quae a nobis repetita est.

10) A[imago phot.; anno 1889 perierant. Cognomen fuisse Ampliatum versus 48 docet.

11) P C / Petra et imago phot.; linea / anno 1889 perierat.

12) [*an*]*testata* restituit Mommsenus p. 158.

13) versuum 12—35 litterae sunt minores, sed versuum 32—35 scriptura paullo largior est. Cf. praeter imagines a nobis expressas Petra *Rendiconti* p. 49 (qui tamen versus 12—35 ab libripende exaratos esse statuit parum probabiliter), idem *Atti* p. 18, Scial. I p. 208. 220.

14) PRSICI scriptum esse agnovi a. 1889; S inserta est postea, sed loco falso (cf. adnot. 4). Non recte PRISCI Petra; littera S in archetypo supra paullo magis curvata est dextrorsus quam in Petrae imagine.

15) LIB·NO*te* Petra edidit *Not.* p. 419 et *Atti* p. 22. Litterae B·NO deinde perierunt (Petra *Atti* p. 24), itaque tam ab apographo *p* quam ab imagine P^2 absunt; N in imagine phot. apparet.

16) ΝTI·IIAIIIIA in imagine phot. agnovi; litterae N (in *manc*) anno 1889 tertia quoque hasta perierat.

17) ex paginae 2 ima parte paullo plus periit quam ex paginae 3 parte summa. Mensuris subductis hoc loco periisse posse tres versus coniecit Petra *Atti* p. 30, tres quattuorve Scial. I 217. Quae coniectura si vera est, non probabile est in fine huius paginae vacuum spatium relictum esse ab librario, cum is ab versu 12 minore scriptura uti coeperit (Petra secundum hanc opinionem supplementa versuum trium proposuit *Atti* p. 30). Sed Mauius non amplius unum vel fortasse nullum versum periisse inspecto archetypo statuit apud Eckium p. 152.

M

II:

P[3]

Pagina tertia. [18])

[◎] [◎] [◎]

. . . [19]) . . . .
did[i] [20]) . . . .
m[u]t[ua] [21]) pro duobu[s mancipiis] . . . . [o-]
mnis mihi (h)ere[dive meo] . . . .
...su...at [22]) si ea pecun[ia] . . . .
k. [23]) Novem(bribus) primis solu[ta] . . . .
ea mancip[ia i]dibus [Decemb. primis] . . . .
Pompeis i[n] foro luce pa[l]a[m] [24]) . . . .
tibi eg[o] neve heres m[eus] [25]) . . . .
a si mi . . . [26]) de dolo malo ea ve . . . .
tatur.
Si quo minoris e[a] mancipia [q.] d. [a.] [27]) venie[rint] [28]) . . . . . .
cem d[e]bebun[t]u[r] mih[i] [29]) (h)erediv[e meo] . . . .
[Quodsi pluris] ea mancipia q. d. a. [30]) veni[erint] . . . . . .
. . . . . a . . . . [e]red . . . . . .
[e]a [31]) pecun[ia] . . . .
utique [32]) ea mancipia sumtu inp[e]nsa per[iculo] [33]) . . .
id mihi tecum [34]) convenit [35]) [ut] . . . . . . [Dicidi-]
a Margaris [36]), Poppea [P]risci [37]) lib. Note tuto[r D. Caprasius Ampliatus.]
Supra h(a)ec inter eas conveneru[nt] [38]) . . . .
inter se sunt. Act. Pompeis [39]) IX k[al.] . . . .
L. Iunio [40]) Caesennio [Paeto] P. Calvisio Rusone cos. [41]) p. C. 61

[◎]

18) imagines a nobis additae sunt 1) Mauii apographum (*M*) et 2) delineatum exemplum a Petra editum, quod post iacturam paene totius scripturae delineatum est, *Atti* tab. I (P^3).

19) IIII postea cum Scialoia detexit Petra supra litteras DID in fragmento cerae (cf. infra in adnot. 20), litterae IIII (i. e. *m*) fuisse coniiciens p. 31. Idem hunc versum initium eius paginae fecisse statuit *Atti* p. 30, itemque Scialoia *Bull.* I p. 220 iudicavit. Mauius litteris ad Eckium 27 Iun. 1888 datis versum 14 primum fuisse posse censuit; v. apud Eckium p. 152.

20) Scialoia et Petra fragmentum cerae a ligno separatum, sed eorum iudicio huc haud dubie revocandum reppererunt, in quo DID clare legitur (non FID, quod Eckius coniecerat); cf. *Atti* p. 24 et *Bull.* I p. 214. — Post DID ex Mauii apographo tam I quam dimidiata II vel V legi potest.

21) lectio non est prorsus certa (vide *M*); *mit ea* Petra, Alibrandi, Scialoia; Eckii coniectura *mi ea*[*dem*] a traditis longius videtur recedere. An *m*[*u*]*tua* fuit? Mutua est pecunia, quam Dicidia Poppaeae fenore (v. 1) dederat.

22) videntur esse vel esse posse: A (P), T, I (mutila A, V, O), S, V, II mutila N), F (P, T?), I (O), A, T; [*s*]*atisve f*[*i*]*at* Alibr. p. 16, Scial. p. 218. 120, Petra p. 22; [*redemtus liber*]|*atusve erit* Eck. Temptari fortasse licet [*redem*]*pta sunto. At si ea* et q. s. — Mommseni supplementa vide (pag. 416).

23) litterae |ĸ hasta inde a versu 17 deducta est.

24) tertia L est aut mutilata supra G; quinto loco prima hasta litterae |ĸ aut |III, non autem N legi potest. PAGAI Petra *Notizie*, unde *pagan* Mommsen, *paga* Scial. p. 13, *pagan*[*is praesentibus*] Eck (cf. p. 90), cum tamen expectemus aut colonos solos aut colonos et paganos memoratos esse. Probabilius *pala*[*m*] Alibrandius (qui p. 18 contulit ex tabula Bantina v. 17 'palam, luci, in forum vorsus' et v. 24 'palam, luci'), idque Scialoia I p. 219. 220 recepit. Adde ex lege repetund. 38 'palam apud for[um]', 65 et 66 'apud forum palam' et ex lege Iulia munic. v. 37 'in foro palam'.

25) sic restituerunt Alibr. p. 16 et Eck p. 92; IIGI · et |IIII| exhibet Mau.

26) *a si mi* . . . vel *a simi* . . . cum Mauio videtur legendum esse. Eckius *si me*[*cum*] *de dolo malo ea ve*[*nditione commisso lis contes*]*tatur* supplevit; Mommsenus, *de dolo malo* pro *dolo malo* admitti posse negans, ad sententiam certe recuperandam temptavit haec: *si mi*[*nus in*]*de dolo malo ea ve*[*nditione redactum esse pu*]*tatur.*

27) sic emendavi; vide adnot. 30.

28) restituit Alibrandius.

29) *d*[*e*]*bebun*[*t*]*u*[*r*] *mih*[*i*] restituit Mommsenus.

30) ADA priores legerunt, quarum litterarum explicationem hanc *ad a*[*stam*] temptavit Alibrand. p. 17; cf. Eck p. 94 et (ubi proxime aberat a vero) p. 93 not. 3; *alii* coniecit Karlowa *röm. Rechtsgesch.* II p. 378. At prima in Mauii apographo (*M*) potius Q legenda esse mihi videtur, itaque non dubium est, quin sit formula nota *q*(*uibus*) *d*(*e*) *a*(*gitur*). Cf. tab. cerat. Dacic. vol. III p. 941 et 959 (= Bruns, fontes ed. 6 p. 288 et 290); donatio Fl. Syntrophi vol. VI n. 10239 vers. 5 et 6 (= Bruns p. 297). Iam vero easdem notas restituendas arbitror etiam versui 25, ubi D / D vel (Alibr. p. 17) D D Mauii apographum legentes priores interpretationem frustra quaesiverunt (cf. Eck p. 77 et 93). Sic /// ∂ ⁄ ∂ exhibet Mauius (cuius secundum quoque apographum vide seorsus positum supra ad dextram): ibi in lacuna Q periisse coniicio; post D insequentem littera I a librario linea deletili traiecta est; quarta littera in tanta formarum similitudine (cf. adnot. 8) facile D pro A legi poterat. Itaque hanc formulam supplevi etiam in versibus 16 et 20 (vide p. 416).

31) prima videtur II esse.

32) VTIQV nunc restant; vide Petrae imaginem a nobis repetitam (P^3).

33) NSA PIIR Mau; ubi infra PIIR restant summae partes duarum litterarum, ex versu sequenti prominentium, ex. gr. S S (vix S C), sed lectionis omnino dubiae; hi ductus sic NSA PIIRSC ab Petra *Notizie* p. 417 typis et NSA PIIR'' *Bull.* I p. 9 in exemplo ad Mauii apographum charta lucida transcripto redditi sunt, utroque loco reliquiis illis per errorem huic versui additis (cf. Mau apud Eckium p. 152); recte sub PIIR collocavit (sic TS) Petra *Atti* p. 22. Mauius, qui huius paginae reliquias, sicut primum ab officialibus compositae erant, descripsit (cf. Petra *Atti* p. 20), separatum hoc fragmentum vidit post versum 32 iacentem. Sed eum locum non esse verum eo probatur, quod quae praecedunt verba non continuantur; nam quod Mommsenus ingeniose proposuit corrigendum esse IVS APIIR i. e. [*Capras*]*ius Aper*, admitti non posse post lectam paginam primam (v. 48) apparuit, requiritur enim *tutor auctor* — vel solum *tutor* — [*D.*] *Caprasius Ampliatus.* Quod autem Mitteis in Symbolis Pragensibus 1893 p. 128 coniecit fragmentum supplendum esse [*me*]*nsa persc*[*ribetur*] collocandumque versu 29, nititur litteris SC, quae, ut dixi, dubiae lectionis ac certe non hoc loco scriptae sunt. — Omnino vero probabilis est Alibrandii p. 19 sq. coniectura, fragmentum adiungendum esse versui 30 et sic restituendum, ut supra exhibui. Ei assensi sunt Petra *Rendiconto* p. 30 et *Atti* p. 25, Tardif p. 472 et 833, Scialoia p. 214. De verbis 'sumptus', 'impensa', 'periculum' cf. Alibrandius p. 20.

34) |IIIIHI · I I| nunc restant; vide imaginem P^3.

35) verbi *convenit* particula IIN (vel NIT) nunc restat. Hasta \, quam Mauius deinceps exhibet, I aut mutila II vel V esse potest. De duabus lineolis, quae post lacunam restant, vide adnot. 33.

36) IIIARG nunc restant.

37) litterae SC restant.

38) verborum *eas conveneru*[*nt*] litterae S CO restant. — Pertinent haec ad cautionem, quae triptycho n. CLIV continetur.

39) particula PO|IIIPIII superstes est.

40) L. Caesennio Paeto etiam Iunii nomen fuisse ex his tabellis didicimus; cf. v. 58 et n. CLIV v. 7.

41) hoc COS in exemplo *m* non recte post versum 34 exhibetur. Immo Mauius (qua de re postea Scial. I p. 212 et Petra *Atti* p. 25 recte monuerunt) schedulae spatio post *Rusone* deficiente hoc *cos* superius quidem depinxit, sed ad versus 35 finem revocandum esse indicavit per lineolam, quae in imagine nostra photographica apparet.

P^4

P^1

P^m

Pagina quarta, columna dextra, atramento inscripta.[42]

[◉]

. . . Sex[ti A]mpli[ati]

. . [V]oco[ni] . . . .
A. Mem[mi] . . . . . .

[◉]

Pagina quarta, columna sinistra, atramento inscripta
transversa scriptura.

Poppaea Prisci [lib. Note] iura[v]i[t pueros Sim-]
plicem [e]t Pet[rinum sive ea mancipia]
alis no[minibus[43]) sunt sua esse seque]
possider[e] ne[que ea mancipia ali ul-] [◉]
li ob[lig]a[ta esse] . . . .
man[cipia] . . . . [se-]
ster[tis nummis singulis ob sestertios n. MLD et]
mancipio [accepit de Poppaea]

Pagina prima, atramento inscripta.

Prisci li[b. N]ote tutore auct[ore D. Caprasi-]
o Amp[liat]o
librip[end]e in singula . .[44]) . . . . [an-] [◉]
testa[ta est in] singula t . . . .
die . . . . . . ced. faci . . f . .[45]) . . . .
pr. . . . .
u[tiqu]e ea mancipia sum[tu inpensa pe-]
[riculo]que [tuo] sint . . . .
. . . . . n . . . unt pa[c]t[a] . . . . . .

◉

. . . nt

Act(um) P[ompeis IX kal. . . .]
L. Iunio Caesenn[io Paeto P. Calvisio]
Rusone [cos.] [◉] p. C. 61

42) Paginarum 4 et 1 marginisque imagines additae sunt P^4. P^{1m}.

43) NO[IIIinibus Petra *Atti* p. 23; sed litterae *m* forma [III ab hoc scripturae genere abhorret.

44) SINGVLA|I servata sunt.

45) FACI··FOI Petra *Atti* p. 23.

Petra primum edens tabellas I et II duobus eas instrumentis tribuendas esse putavit, priori tabellam II, posteriori tabellam I, quamobrem illam *A*, hanc *B* signavit. Sed Mommsenus *Hermes* 23 p. 158 eiusdem esse libelli coniecit, cum pari eas mensura esse pactumque ab iisdem personis de iisdem mancipiis factum continere observasset. Id unice verum esse mox tabellis accuratius examinatis Petra (*Rendic.* p. 49 et *Atti* p. 19), Scialoia (p. 208), Mau (apud Eckium p. 151) intellexerunt demonstraruntque. Mensurae enim, licet in secundae lacero curvatoque statu bene exigi nequeant, certe non obstant ei opinioni, lignum vero ipsum ambas ex eodem caudice findendo factas esse clare docet et summarium tam incipit (in pag. 4) quam desinit (in p. 1) iisdem verbis quibus exemplar interius in paginis 2 et 3 perscriptum. — Non autem diptychi (ut Mommseno visum erat, antequam pagina 4 a Petra descripta esset), sed triptychi esse tabellas, recte Petra (*Atti* p. 18) propterea statuit, quod pagina 4 striam ad sigilla recipienda excavatam habet, quae in diptycho exstat nullo. Quod autem summarium in paginis 4 et 1 scriptum est, non abhorret a triptycho, cum idem factum sit in libello n. CLIV, in quo praeterea exterius exemplar in tabella tertia exaratum est (cf. Petra *Atti* p. 21). Quae Petrae ratiocinatio omnino certa est, et sine iusta causa de ea re dubitasse videtur Scialoia I p. 210.

Subieci paginas 2 et 3 cum supplementis, quae Eckius p. 96 sq. proposuit sed, sicut ipse praefatus est et per se patet, non quo ipsa verba antiqua ubique reddi possent, sed ut instrumenti tenor, qualis fere ex ipsius commentario fuisse posset, lectori melius repraesentaretur. Ea, quae nunc aliter legenda vel restituenda esse visa sunt, immutavi, versus 13—18 et 23 et 25 secundum supplementa Mommseni.

pag. 2
Poppaea Prisci liberta Note iuravit pueros Simplicem
et Petrinum, sive ea mancipia alis nominib[us]
sunt, sua esse seque possidere, neque ea mancipia
ali ulli obligata esse neque sibi cum ul(l)o com[munia]
esse, eaque mancipia singula sestertis num[mis sin-]
gulis Dicidia Margaris emit ob seste[rtios n. ꝏLD et]
mancipio accepit de Popp(a)ea Prisc[i liberta Note]
tutore auctore D. Caprasio A[mpliato]
libripende in si[ngu]la P. C . . . . [an-]
testata est in singula . . . . . [Dicidia Margaris cum]
Popp(a)ea Prisci lib[erta Note pactum fecit in hunc modum:]
uti ea manc[ipia . . . .]
[quae Poppaea Prisci liberta Note mihi ven-]

pag. 3
did[it, ita ei restituantur, ut antea pecunia]
m[u]t[ua] pro duobu[s mancipiis q(uibus) d(e) a(gitur) o-]
mnis mihi (h)ere[dive meo solvatur vel ad me ut rede-]
at usu ve[ni]at. Si ea pecu[nia omnis mihi heredive meo]
k. Novem(br.) primis solu[ta non erit, ut mihi heredive meo liceat]
ea mancip[ia q. d. a. i]dibus D[ecembr. primis pecunia praesenti]
Pompeis in foro luce pala[m vendere, neve]
tibi eg[o] neve heres me[us teneamur propter-]
a, si mi[nus in]de dolo malo ea ve[nditione redactum esse pu-]
tatur.
Si quo minoris e[a] mancipia [q.] d. [a.] venie[rint, deducto pretio in sortis vi-]
cem d[e]bebun[t]u[r] mihi herediv[e meo quae reliqua erunt.]
[Quod si pluris] ea mancipia q. d. a. veni[erint, id quod super-]
[fluum erit, reddetur tibi h]ered[ive tuo] . . . .
ea pecunia . . . .
Utique ea mancipia sumtu, inp[e]nsa, peri[culo tuo exhinc sint]
id mihi tecum convenit u[. . . . . Dicidi-]
a Margaris, Popp(a)ea [P]risci lib. Note, tuto[r auctor D. Caprasius Ampliatus.
Supra h(a)ec inter eas conveneru[nt, quae separatim pactae]
inter se sunt. Ac[t.] Pompeis IX k. . . . .
L. Iunio Caesennio [Paeto] P. Calvisio Rusone cos.

Inter hos libellos duos una repertos iisdemque consulibus conscriptos, qui instrumenta ab iisdem mulieribus inter se pacta contineant, Mommsenus *Hermes* 23 p. 159 probabiliter coniecit conexum aliquem intercessisse. Isque mox repertus est. Venditionem enim mancipiorum, ad quam n. CLV spectat, non veram sed imaginariam esse fiduciae causa contractam animadvertit Gradenwitz *Bull. di dir. rom.* I p. 164, demonstravit Eck l. l. p. 72 sq. Eo igitur pacto firmatur pecuniae (*mutuae*?, n. CLV v. 16) fenore (v. 1?) datae cautio, quae continetur triptycho n. CLIV. — Contra hanc sententiam disputavit Karlowa *röm. Rechtsgeschichte* II p. 378. 573, cui tamen editio omnium paginarum, quam Petra in *Atti* curavit, nondum nota erat; eam probavit Tardif l. l. p. 834, qui et ipse iam similitudinem his libellis cum mancipatione fiduciae causa facta, cuius formula in Baetica reperta est (Bruns n. 110), intercedere monuerat.

SVMMARIVM.

Libelli n. I—CLIII, quibus apochae Iucundianae continentur, quomodo ad haec instrumenta recipienda instructi sint, supra in praefatione exposui. Iam hoc summario de instrumentis ipsis per capita disserendum est, i. e. de eorum generibus, de singulis formulis aliisque rebus, quae memoratu dignae esse videantur. De triptychis duobus vel, cum ad idem negotium pertineant, triptychorum pari n. CLIV et CLV supra iam suo loco dictum est; pauca, quae praeterea opus essent, in hoc summario memoravi.

I. ANNI INSTRVMENTORVM.

Exceptis libellis I et II, qui annorum p. Chr. 15 et 27 sunt, ac fortasse n. III, qui utrum anno 52 an 33 tribuendus sit nescitur, omnes, quotquot temporis notam superstitem habent, annorum sunt 52—62 eosque annos singulos continua serie testantur. In nulla tabella vestigium exstat temporis posterioris; cuius rei causam Mommsenus *Hermes* XII p. 90 inde repetendam esse recte censuit, quod arca has tabellas continens non anni demum 79 exitio, sed iam terrae motu, qui 5 Febr. 63 Pompeiorum parti ruinam intulit, obruta est. Etiam triptycha n. CLIV et CLV, quae ex alia oppidi parte provenerunt, hoc anno 63 antiquiora sunt; id tamen utrum mero casu factum sit necne, in ambiguo relinquemus.

Elenchum libellorum, in quibus temporis nota restat, secundum annorum ordinem institutum infra subieci.

numerus	annus	mensis et dies
I	15	Mai. 28
II	27	Nov. 27
III	52 (an 33?)	. . . . . .
IV	52	Mart. 31
CXXXVIII	53	Mart. 14
CXXXIX	53—58?	Febr. (?) . .
V	54	Mai. 10
VI	54	Mai. 29
VII	54	Mai. 29 aut Iun. 28
VIII	54	Maio extr. aut Iunio
IX	54	. . . .
X	55	Ianuar. 22
CXLVIII	55	Dec. 6
XV	55	Dec. 12
XVI	55	Dec. 30
XI	55	. . . .
XII	55	. . . .
XIII	55	. . . .
XIV	55	. . . .
XVII	55	. . . .
XVIII	55?	. . . . . .
XLIII	55—60	. . . .
XLIV	55—60	. . . .
XIX	56	Febr. aut Martio
XX	56	Iun. 18
XXI	56	Iun. 24
XLVI	56?	Sept. 3
XXII	56	Nov. 5
XXIII	56	Nov. 11
XXIV	56	Dec. 10
XXV	56	Dec. 12
XXVI	56	Dec. 18

numerus	annus	mensis et dies
XXVII	56	Dec. 18
CXLIX	56—57	. . . .
XXVIII	57	Ianuar. 13
XXIX	57	Ianuar. 26
XXX	57	Ianuar. 26?
XXXI	57	April. 1
XXXII	57	Apr. 7
XXXIII	57	Iun. 23—27
XXXIV	57	Iul. 27
XXXV	57	Aug. 5
XXXVI	57	Sept. 9—10
XXXVII	57	Sept. 17
XXXVIII	57	Sept.—Oct.
XXXIX	57	Nov. 18
XL	57	Dec. 23
XLI	57	Dec.? (Sept.? Nov.?)
XLII	57	. . . .
CXLV	58	Ian. 5
CXLI	58	Febr. 19
CXLVI	58	Iun. 6—12 [1]
CXLII	58	Aug. 14
CL	58	Sept.—Dec.
CXLVII	59	Iun. 18
CXLIII	59	Iul. 10
CXLIV	60	Mai. 8
CLII	61—62	. . . . . .
CLI	62	Ian. (11?)
XLVII	. . . . .	Febr. 13
XLV	. . . . .	Aug. 27
L	. . . . .	Dec. 5

1) v. 11 enim scribendum videtur: . . . . *i*[*d*]*us I*[*un*]*ias*.

II. DIPTYCHA, TRIPTYCHA.

Diptycha habentur haec: n. I. IV. L. LXIV. CXXII+CXXIII. CXXIV? CXXV? CXXXVIII. CXXXIX. CXL. Reliqui libelli triptycha sunt vel erant, nisi quod fragmenta haec n. XLIV. CXXI. CXXVI. CXXVII. CXXXV utri generi tribuenda sint discerni iam nequit.

III. FORMVLAE INSTRVMENTORVM.

Formularum, quibus hae apochae conceptae sunt, genus est duplex.

A. Prioris generis exemplar est hoc, quod ita exhibui, ut ea, quae non semper sunt addita, uncis ⟨ ⟩ includerem.

HS n. ∞ ∞, quae pecunia in stipulatum L. Caecili Iucundi venit ob auctionem L. Titi ⟨in kal. Febr. primas⟩, mercede ⟨quinquagesima⟩ minus, persoluta[1]) *habere*[2]) *se dixsit L. Titius ab L. Caecilio Iucundo.*

Actum Pompeis XV kal. Ianuar. L. Duvio P. Clodio cos.

A quo exemplo quadamtenus differt, licet conceptione magis quam ipsa re, instrumentum antiquissimum, a ceterorum serie annis XXXVII distans n. I, quod est huius modo:

HS n. DXX ob mulum venditum M. Pomponio M. l. Niconi, quam pequniam in stipulatum L. Caecili Felicis redegisse dicitur M. Cerrinius Euprates[3]),

Eam pequniam omnem, quae supra scripta est, numeratam dixit se accepisse M. Cerrinius M. l. Euphrates ab Philadelpho Caecili Felicis ser(vo).

Actum Pompeis v k. Iunias Druso Caesare C. Norbano Flacco cos.

Ea exempla — excepto hoc antiquissimo ab Caecilio maiore vel potius eius servo exarato — omnia eandem manum ostendunt, quae non dubium est quin sit Caecilii Iucundi eiusve amanuensis. In n. LVII pag. 2, quae ad summam ab Fabio (Agathino? cf. n. V) nomine, ut videtur, Caecilii Iucundi solutam spectat, consentaneum est aliam manum agnosci. Item fortasse iudicandum est de triptycho mutilo n. LXXI et diptychis mutilis n. CXXII+CXXIII et n. CXXIV, quippe quae formulam non chirographariam, manum tamen a Iucundiana diversam exhibeant; in n. LXXI periit quidem interius exemplar, sed non fuisse chirographum, ex numero signatorum patet.

B. Alterum genus conceptum est in hunc modum (cf. n. XXIV):

L. Duvio Avito P. Clodio cos. IIII idus Decembr. L. Titius scripsi me[4]) *accepisse ab L. Caecilio Iucundo HS VI CCLII nummos ob auctionem meam*[5]) *mercede minus ⟨ex interrogatione facta tabellarum signatarum⟩.*

Actum Pompeis. ⟨ *VI CCLII* ⟩

Municipales apochae ab hac formula eo discedunt, quod summos coloniae magistratus a principio, consules in fine scriptos exhibent, secundum hoc exemplum (v. n. CXLI):

Sex. Pompeio Proculo C. Cornelio Macro II vir. i. d. XI k. Mart.

Privatus coloniae ser. scripsi me accepisse ab L. Caecilio Iucundo sestertios mille sescentos quinquaginta duo nummos ob fullonicam ex reliquis anni unius.

Act. Pom. Nerone Aug. III M. Messalla cos.

[1]) vel *soluta* vel *numerata* vel *numeratos.*
[2]) vel *accepisse.*
[3]) Ita haec explicanda esse *sestertios nummos quingentos viginti, quam pequniam — dicitur Euprates, eam pequniam — dixit* Mommsenus censet.
[4]) vel *scripsi rogatu Umbriciae Antiochidis eam* vel *L. Titii servus scripsi me.*
[5]) vel *eius.*

Id apocharum genus 'chirographum' appellatur n. XX. LVIII. LXIV. CXVIII. CXLI. CXLII. CXLIII. CXLIV, in eoque ut homines ita scripturae characteres variant. In his libellis, in quibus tam interius quam exterius exemplar (de quibus infra dicetur) chirographarium est amboque restant, n. XX. XXI. XXIV. XXX. LVIII cum utrumque exemplar eandem manum exhibeat (nisi quod in n. XXX exterius fugienti stilo exaratum est), contra in n. XXXIII Speratus et in n. XLV Varus exterius ipsi non exaraverunt; item in apochis municipalibus Privati, quae formula chirographaria utuntur sola, excepta hac una n. CXLVI, omnibus (CXLI—CXLV. CXLVII) exterius exemplar aliam manum, scilicet vicarii, prodit aut (n. CXLVII) videtur prodere.

Medium quodammodo inter formulas *A* et *B* locum tenet in n. XVI scriptura interior, quippe quae, cum chirographaria sit (cf. v. 8 *feci* et in pag. 4 sigilla quinque), consules tamen in fine subiectos habeat, id quod sollemne est in *A*, in formulae *B* autem non reperitur nisi in iis apochis, quae municipales sunt, cum eae, ut dixi, in capite instrumenti coloniae potius eponymos collocent. Itaque formulae contaminatae videntur esse; sed accuratius de n. XVI iudicium excluditur lacero libelli statu. — Similiter per neglegentiam in n. XXXIII chirographo admista est verbalis forma: *A. Me[ssius] Speratus scripsi me acepise . . . ex aution[e] mea merced[e] minus abere m . .* (fort. inchoatum *me*) *se dix(it) A. Mes(s)ius Speratus ex aucti[o]ne.*

Tam in diptychis quam in triptychis bina exemplaria scripta sunt vel (ut in diptycho n. I, ubi vide quae adnotavi) bina scripta fuisse putandum est. Praeterea tres libelli hi n. II. V. XLIX in quarta pagina in columna sinistra alterum formulae *A* exemplar atramento conscriptum exhibent, nec propter ea, quae ad n. II et XLIX dixi, dubitari vix potest, quin in quinta pagina exterior scriptura ad formulam *B* concepta exstiterit, ut idem statuendum esse videatur de n. V, cuius tabella tertia periit. Ea res, quae etiam in Auctarii triptychis n. CLIV et CLV observatur, inde fortasse repetenda est, quod eo tempore, quo chirographis Pompeiani primum uti coeperunt, praeter exterius exemplar in pagina 5 exaratum, cum id interius non repeteret sed diversam negotii confirmationem aut solam epitomen exhiberet, interius exemplum ad formulam *A* conceptum extrinsecus repetere in pagina quarta praetulerunt, praesertim cum ex usu Romano, ut probabile est, antea semper extrinsecus scriptura interior repetenda fuisset. Similiter triptycha n. CLIV et CLV, in quibus tamen alius generis instrumenta insunt, scripturam interiorem licet in brevius contractam repetunt in paginis 4 et 1; exterior, quam in pag. 5 scriptam fuisse probabile est, cum tabella tertia periit.

Cum maximi momenti sit varios modos cognoscere, quibus formulae duae adhibitae sint, quaeque eius rei vicissitudo annorum progressu evenerit, elenchum tam secundum annos quam varios formulas coniungendi modos digestum subieci. In quo elencho diptycha quae sint, adscripsi, reliqua sunt triptycha; adesse exterius exemplum (in diptychis in pag. 4, in triptychis in pag. 5 scriptum) significavi signo +, interius in n. II. V. XLIX in pag. 4 repetitum (v. supra) addito vocabulo 'et'; exempla nunc deperdita punctis . . indicavi; praeterea quaedam, quae inferius demum demonstrata erunt, hic iam praecepta sunt: scilicet 1. interius exemplar iam deperditum, ubi ex solo sigillorum in pag. 4 numero (sive quinario maior est sive non est) aut formulae *A* aut *B* tribui, signavi minore *a* vel *b*, 2. exterius exemplar deperditum, ubi chirographum fuisse ex solo sigillo supposito conieci, minore *b* signavi.

anni p. Chr.	A + B	A + . .	A et A + B	. . + B	B + B	B + . . aut (a. 60) B et B + . .	. . + . .
15		I dipt.					
27			II (A et A + b)				
52 (an 33?)						III	
52				IV dipt.			
53					CXXXVIII dipt.		
inter 53 et 58?					CXXXIX dipt. (b + B)		
54	VII. VIII (b?)	IX	V (. . et A + . .)		VI (B + [b?])		
55	X. XI. XII. XIII (b). XIV (b). XVII	XV			CXLVIII	XVI	
55?		XVIII (a)					
55—60	XLIII (b)	XLIV					
56	XXII. XXV. XXVI. XXVII	XIX			XX. XXI. XXIII (B+[b?]). XXIV		
56?	XLVI						
56—57				CXLIX			
57	XXVIII. XXXII. XXXIV. XXXV. XXXVII (b). XXXVIII. XXXIX. XL	XXIX. XXXI		XLI. (XLII, aut B + . .)	XXX. XXXIII	XXXVI. (XLII, aut . . + B)	
58					CXLI. CXLII. CXLV. CXLVI	CL	
59					CXLIII. CXLVII		
60						CXLIV (B et inchoatum B + . .)	
61—62						CLII	
62					CLI		
annor. incertor.	XLVII (b?). XLVIII. LI (b). LII (b). LIII (b). LIV (b). LV (b). LVI. LVII. LXI (b). LXV. LXVI (b). LXVIII (b). LXIX. LXX. LXXI. LXXII (b?). LXXIV (b). LXXV. LXXVII (b?). LXXVIII (b). LXXXI (a + b). LXXXVI (b?). LXXXVII (a + b). XCVIII (b). CI (a + b). CIII (a + b). CIV (a + b). CVI (a + [b?]). CVII (b). CX (a + b). CXIII (a + b). CXIV (a + [b?]). CXV (a). CXVI (a + b). CXVII (a + b). CXXX (a + [b?])	LIX. LX. LXVII. LXXIII. LXXVI. LXXXII (a). LXXXIII (a). LXXXIV (a). LXXXV (a). LXXXVIII (a). LXXXIX (a). XC (a). XCI (a). XCII (a). XCIII (a). XCIV (a). XCV (a). XCVI (a). XCIX (a). C (a). CII (a). CV (a). CVIII (a). CIX. CXI (a). CXII (a). CXIX. CXX. CXXI. CXXII/III dipt. CXXIV (dipt., ut vid.). CXXV (dipt., ut vid.). CXXIX (a). CXXXI (a). CXXXII (a). CXXXIII (a)	XLIX (A et A+b)	LXIII. LXXIX (b.). CXXXVI	XLV. L dipt. ([b?] + B). LVIII. LXIV dipt. (b + index)	LXII. XCVII (b+. .). CXVIII (b + . .). CXXVI (B? + . .). CXL dipt. (B? + . .). CLIII (b + . .)	LXXX. CXXVII. CXXVIII. CXXXIV. CXXXV. CXXXVII

Ex elencho supra scripto patet, numquam formulam *A* vel ad ambo exemplaria vel ad solum exterius adhibitam esse, paria igitur huius modi *A* + *A* et *B* + *A* exstare nulla; in triptychis n. II. V. XLIX videri fuisse *A* + *A* + *b* supra p. 418 dixi. Unde hoc sequitur aut (ut in his n. II. V. XLIX) extrinsecus repetitum esse secundum antiquiorem usum interius formulae *A* exemplum subiecto tamen in sequenti pagina chirographo formulae *B*, aut exterius exemplum conceptum esse secundum formulam *B* solam; ad hoc igitur genus pertinuisse probabile est plerosque omnes columnae secundae libellos, in quibus secundum exemplum nunc periit (*A* + . .). — Antiquissimus libellus, in quo formula *B* intus adhibita exstat, est n. III, qui tamen utrum anno 52 an fortasse 33 tribuendus sit incertum est; primum certi anni exemplum praebet diptychum n. CXXXVIII, coloniae apocham anno 53 scriptam continens. — Formulae *A* usus desinit anno 57; cuius tamen rei causa ea potest esse, quod Iucundus inde ex eo tempore ab auctionibus procurandis sive coactionibus argentariis factitandis abstinebat, nam posteriores libelli municipales sunt apochae omnes, ad hoc autem genus iam inde anno 53, ut modo vidimus, formula *B* adhibita est, cum formula *A* in eo nusquam exstet. Et in triptychis certe anni 61 n. CLIV et CLV, quae non sunt Iucundi, interius exemplar non est chirographarium.

Duo haec apocharum genera differunt etiam signandi modo, de quo cum singula infra cap. V et VI exposita sint, hoc loco breviter rei summa commemoranda est.

Interior scriptura, ut eius fides intacta conservaretur, tam in diptychis quam in triptychis lino circum tabellas primam et secundam voluto et in pagina 4 obsignato claudebatur; unicuique sigillo nomina signatoris adscribebantur; si opus erat instrumentum ex hoc authentico exemplari recognoscere, coram iisdem testibus vel certe maiore eorum parte lino rescisso tabellae aperiebantur. Iam in Iucundi libellis interior scriptura, si ad formulam *A* concepta est, septem aut pluribus (usque ad undecim), si ad *B*, non amplius quam quinque sigillis (in n. CXLVIII duobus scribentis solius) clausa est. — Praeterea in exemplis formulae *B* aliud accedit a me observatum, chirographa subsignata esse omnia exceptis libellis generis *B* + *B*, in iis enim posterius sive exterius chirographum sigillo caret. Ac plerumque signum impressum est semel, videlicet ab apochae auctore; bis autem, ubi apocha vel a servo ipsius vel ex mandatu ab alio homine exarata est, aut ubi apochae auctores sunt duo. Eius rei ratio facile, ut opinor, intellegitur. Creditoris enim intererat cavere, ne adulterinum chirographum supponeretur et suae amanuensisve manui dolo malo tribueretur; quaedam enim chirographa, quae tamen secundaria generis *B* + *B* exempla sunt, non ab apochante ipso (quamvis 'scripsisse se' testante) exarata esse supra vidimus. Sed debitoris quoque interfuisse consentaneum est, ut sigillo creditoris impresso sibi confirmaretur, chirographum vere ab illo profectum esse. Itaque vis chirographi non tam in scripturae characteribus quam in subsignatione posita erat. Et constat sigilli apud veteres plane eandem, quae postea nominis subscriptioni autographae tribui coepta est, auctoritatem fuisse, ita ut is, cui quis anulum signatorium tradidit, ipsius vice fungendi ius adquireret; *anulis nostris plus quam animis creditur* sunt verba Senecae benef. 3, 15, quae et ipsa spectant ad pacta conventaque signis impressis custodienda. Ex Plauto Fridericus Schoell mihi enotavit haec: Curc. 346 seqq. 423. 550, Amph. 421. 774 sq. 787, Bacch. 327—330. 789. 984—986, Cas. 144, Pseud. 986. 998 seqq., Trin. 788—790. 808, Vidul. 105. Cf. Cicero ep. ad Q. fr. I 1, 4 § 13 et Ulpianus Digest. XXVIII 1, 22 § 2 et 5. Nominis solius subscriptio veteribus ignota erat; quae apud eos exstant subscriptiones, sunt potius testationes, quibus scribens rem gestam confirmat et se instrumentum probare declarat, velut in papyro Aegyptiaca anni p. Chr. 166 v. 23 seqq., de qua Schulten *Hermes* 32 (1897) p. 273 disseruit[1]), et in donatione Statiae Irenes anni 252 (Bruns, fontes[6] p. 296). Cf. Bruns *Die Unterschriften in den römischen Rechtsurkunden* in Actis academ. Berolin. 1876 p. 41 seqq. = *Kleinere Schriften* II p. 37 seqq.

Formula *B* 'chirographum' vocatur, sed alterius (*A*) appellatio a tabellis non memoratur, nam illa, quae est 'perscriptio', tam ad hanc quam ad illam pertinet. Inter utrumque genus haec maxime differentia intercedit, quod formula *A* concepta est in verba: 'persolutam habere s e d i x s i t pecuniam, quae in stipulatum Iucundi venit', contra in apochis *B* creditor ipse loquitur hoc modo: 's c r i p s i me a c c e p i s s e.' Illa igitur professio est rei gestae per vocem nuncupata sed deinde in scripturam collata, eaque dubitari nequit quin usu Romano iam prisca aetate recepta fuerit, quippe quae antiquitati illi, qua permulti homines litteras nescirent, maxime conveniret. Chirographi autem usus peregrinus erat, quem Romani Graecis acceptum rettulisse vocabulum ipsum arguit, sed iam Assyriis notum fuisse scimus. — Num ab Romanis ipsis repertum sit tabellas ceratas ad instrumenta in hunc modum adhibere, ignoratur, sed non dubium est quin ab initio utrumque libellorum exemplar iisdem verbis conceptum fuerit, exterior igitur scriptura interiorem iteraverit, ac certe tam tabellae Dacicae saeculo secundo quam veteranorum diptycha per duo fere saecula hunc morem conservatum esse testantur. Procedente tamen tempore cautius visum est, cum interius exemplum quamvis clausum corrumpi a falsariis posset, instrumenti incolumitatem et fidem eo augere, ut ad exterius exemplum adhiberent chirographum, quippe quod, licet apertum esset, fidem tamen per se ipsum praestaret. Interiorem enim scripturam filo et sigillis non prorsus munitam fuisse a fraudibus inde patet, quod Neronis temporibus (anno 61 ut videtur; vide Praefationem) senatus consulto cautum est, 'ne tabulae' — quas antea summo imoque marginibus ad filum inserendum incidere solebant — 'nisi pertusae ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur'. Is chirographi usus, per se hominibus Graecanicis Italiae inferioris acceptus, cum probatus esset experientia, postremo interiorem quoque scripturam occupavit, ut tamen claudendi et obsignandi modus a Romanis legibus praescriptus quadamtenus conservaretur. In libellis ita institutis, ut utrimque continerent chirographum (*B* + *B*), exterius exemplar interdum brevius summarii instar conceptum est, ut non hac formula *scripsi me accepisse* sed vocabulo *chirographum* usus sit apocharius (n. XX. LVIII. LXIV. CXLII. CXLIII), in n. CXLIII dies, in n. CXLII dies et verba *solutio rei publicae ob* et q. s. praecedant. In his duobus libellis scriptura exterior ab summario, quod inscriptum est paginae sextae, parum differt; in diptycho n. LXIV adeo ad titulum brevem redacta est. Praesertim autem hoc proprium est eius generis libellis (*B* + *B*), quod plane diversam signatorum rationem exhibent. Iam enim in iis non septem pluresve, sed non plures quam quinque obsignaverunt vel potius non plura quam quinque sigilla imposita sunt, nam apocharius vel certe apochae scriptor plerumque binis locis et in n. CXLVIII adeo solus, ut videtur, anulum suum impressit; atque eius sane maximi intererat cavere, ut chirographum suum interius bene clausum alteri parti traderetur, de qua re vide infra p. 432.

De natura formulae *A* Mommsenus *Hermes* XII p. 106 seqq. disseruit acceptilationem ea contineri statuens, quae coniectura, si quid video, unice vera est. Contra Brunsio *Zeitschrift für Rechtsgesch.* XIII p. 364 = *Schriften* II p. 321 visa est formula illa (ut in Fontibus ed. 6 p. 314 ait) 'id negotium significare, quod in Cod. VIII 42, 14 describitur: *Pecuniae solutae professio* [i. e. *coram testibus facta confessio*] *collata instrumento*, quae *gestae rei probationem continere* dicitur; idem igitur est, quod saepe in tabulis Transsilvanicis occurrit verbis: *dixit se accepisse, fatetur se locasse* cet.' — De qua controversia cf. Henricus Brunner *zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde* I (1880) p. 44 seqq., Erman *zur Geschichte der röm. Quittungen und Solutionsakte* (Berolini 1883), Hruza in *Zeitschrift für das Privat- und öffentliche Recht* 12 (1885) p. 249, Karlowa in eadem ephem. 4 p. 502 et in *röm. Rechtsgeschichte* I p. 799 seq., qui Brunsium recte refellit.

[1]) v. 25 sic potius legendum est: *ita uti s(upra) scr[i]ptum est.*

IV. ARGVMENTA LIBELLORVM.

Iam singula persequamur, quae ad argumenta libellorum singulasque formularum partes spectant.

D e b i t o r, qui pecuniam solvit, in tabellis praeter paucas infra significatas omnibus est L. Caecilius Iucundus, qui ut coactor argentarius sive coactor exactionum sive coactor (vide Mommsenum p. 97) aliorum mandatu auctiones factitabat vel vectigalia coloniae Pompeianorum conducebat. Posterioribus annis prius illud quaestus genus videtur omisisse, nam tabellae annorum 58—62 ad vectigalium negotia per-

tinent sola. — In n. V M. Fabius Agathinus nomine L. Caecilii Iucundi pecuniam solvit, idemque statuendum est de instrumento n. LVII mutilo; contra in n. CLI cum debitor sit idem M. Fabius Agathinus, eius nomine solvit coloniae servo Iucundus. — In antiquissimo libello n. I potius [L.?] Caecilius Felix debitor est, cuius Iucundus haud dubie heres aut fortasse filius fuit. Felicis iussu solvit Philadelphus servus eius.

Creditores vel certe apocharios, i. e. eos qui apocham scripserunt scribendamve curaverunt, consentaneum est alios fere occurrere in aliis libellis ad auctiones pertinentibus. Ii cum in Indice nominum propriorum compositi sint cuncti et ab signatoribus ceterisque hominibus distincti, hoc loco superest commemorare haec quae sequuntur. Plures creditores sive auctionis auctores sunt in his apochis: heredes N. Nasennii Nigidii Vacculae n. VI, P. Alfenus Pollio de(curio?) (et) N. Eprius Nicia n. XLV, A. Hordionius Philostorgus et M. Fabius Chryseros n. XLVIII, N. (et) N. Ninnii Calvus (et) Iustus n. LXX, socii (?) n. LXXVII. — Creditrices habentur hae: Babinia Secunda n. XII, Caesia Optata XXIX, Caprasia Zoe (?) LXXX, Equitia Psamathe (Samate) XLIII, Hilara LX, Histria Ichimas (Ichmas) XXII, Lydia Tyche (Lidia Tuche) LXXXVIII, Popidia ...... XX. LVII, Tullia Lampyris XL, Umbricia Antiochis XXIII. XXIV, Umbricia Ianuaria XXV, ... sia Pyrallis LXXII, ... XXXIV. — Creditor peregrinus est Ptolemaeus, Masylli filius, Alexandrinus n. C. — Servi, qui domini dominorumve iussu apocham scripserunt (*) vel scribendam curaverunt (**), sunt hi (mutilas, quae utrius speciei fuerint nescitur, hoc † distinxi): **Abascantus Caesaris Au[g. Phi]lippianus servus XXX, †Anthus Melissaei XCIII, *Anthus Ninniorum duorum LXX, †Chryseros Caesaris Narcissianus CI, †Eros sociorum (?) LXXVII, *Nymphius L. Iunii Aquilae servus VII, *Prepon Corneliae, Saturnini (uxoris) LXII, *Salvius heredum N. Nasennii Nigidii Vacculae servos VI, *Vesbinus Vibidii Verani CXVIII, *Vestalis Popidiae servos XX, *...... Umbriciae Antiochidis servus XXIII. — Auctionem L. Iunii Aquilae fecit Nymphius, servus eius, idemque extrinsecus apocham (*B*) scripsit n. VII, Umbriciae Antiochidis auctionem fecit Trophimus, servus eius, sed apocham tam intus (*B*) quam extrinsecus (*B*) mulieris rogatu scripsit M. Helvius Catullus n. XXIV. — Singularis ratio est negotii, ad quod n. XLV pertinet: P. Alfenus Pollio de(curio?) et N. Eprius Nicia auctionem fecerunt, sed P. Alfenus Varus trecenarius Augusti ex eorum delegatu summam (partem, ut videtur, pecuniae auctione partae) ab Iucundo stipulatus est et apocham fecit chirographo interiore et exteriore, ut tamen illud solum ab ipso exaratum esse scripturae diversitas arguat. — Ex nonnullis instrumentis patet auctionis auctorem apocham rogatu suo vel mandatu ab alio scribendam curasse, quae sunt haec:

Nymphi[us scripsi ex] mandatu [et delegatu?] L. Iuni Aquilae n. VII
...... *[sc]ripsi rogatu [Cei Quartionis]* ...... — aut ..... *[Cei Quartionis]* — XVII
...... *[sc]ripsi rogatu [Histriae Ichimadis]* XXII
M. Helvius Catullus scripsi rogatu Umbriciae Antiochidis XXIV
D. Volcius Thallus scripsi rogatu Umbriciae Ianuariae XXV
...... *[scripsi] rogatu [Babulli Romani]* XXVII
Sex. Pompeius Axiochus scripsi rogatu Tulliae Lampyridis XL
M. H .... *scripsi rogatu Al[lei? Hygini]* XLVI
M. Aurelius [Felicio scripsi post? ro]gatum .... *is* (mulieris) XXXIV
Ti. Claudius Syn .... *scripsi rogat[u et] mandatu Abasc[anti] Caesaris Au[g. Phi]lippiani* XXX
.... *[scr]ipsi rogatu [et mandatu Cn. Allei] Chryserotis* XXXV

In n. XXIV et XXX cum tam interior quam exterior scriptura chirographaria sit, utrumque exemplum ab homine rogato scriptum est, in ceteris solum exterius propterea, quod interius acceptilatorium est, quippe quod tametsi a quolibet scribi licitum erat, tamen plerumque a debitore exararetur. Scribendi operam ab iis fere delegatam esse Mommsenus p. 104 recte animadvertit, qui litteras ipsi nescirent. Nam n. XXIV Umbriciam Antiochidem creditricem, cuius rogatu M. Helvius Catullus scripsit, ipsam adfuisse solutioni inde patet, quod inter signatores est; idem autem de aliis statuendum est propterea, quod in interiore scriptura ad formulam *A* concepta creditor ipse 'habere se dixsit'; praeterea cum hoc convenit, quod inter undecim exempla supra scripta quinque exstant, quibus demandantes sunt mulieres (XXII. XXIV. XXV. XXXIV. XL); postremo indidem repetendum est, quod chirographarium exemplum ab muliere exaratum exstat nullum. Chirographa n. XXXII et CXXXVI qui scripsit scripseruntve, cum Latinas litteras nescirent, Graecis usi sunt, sermone autem fere Latino. In scriptura ad formulam *A* concepta i. e. in acceptilatione hae tabulae neque litteris neque verbis Graecis usae sunt; permissum id fuisse Ulpianus testatur Dig. XLV 1, 1 § 6 de stipulatione loquens: *si quis Latine interrogaverit, respondeatur ei Graece, dummodo congruenter respondeatur, obligatio constituta est.* — Quod ad servos attinet, primum notandum est Abascantum Caesaris Augusti (n. XXX) unicum esse servum, cuius rogatu alius apocham scripserit, sicuti alius servus, qui solus inter obsignatores acceptilationis reperiatur, est item Caesaris (n. CI). Deinde quod praescriptum fuisse apud Romanos Gaius ab Mommseno laudatus p. 110 testatur his verbis (Dig. XLVI 4, 22) *servus nec iussu domini acceptum facere potest*, id omnino sequuntur hae tabellae. Nam chirographum quidem utrumque ($B + B$) a servo scriptum occurrit (n. XX, cui addere licet mutilos n. VI. XXIII. CXVIII), numquam autem in interiore scriptura, ubi ea ad formulam *A* concepta i. e. acceptilatio est, is, qui 'habere se dixit', servus est, sed dominus (n. VII; idem igitur statuendum erit de mutilo n. LXX). Libellorum n. LXII. XCIII. CI bina exemplaria perierunt. Praeterea hic quoque memoratu fortasse dignum est, quod in n. XXIV mulieris servus cum auctionem fecisset, chirographa interius et exterius exaravit non hic, sed M. Helvius Catullus.

Emptor quis fuerit, indicatur in antiquissimo libello n. I (*ob mulum venditum [M.] Pomponio M. l. Niconi*), quae venditio num facta sit per auctionem nescitur. In reliquis emptorum nulla exstat mentio.

Ea res, ad quam negotium pertinebat, in formula *A* dicitur esse pecunia, quae in stipulatum L. Caecilii Iucundi venerit, vel similiter. Exempla exstant haec:

In n. I, libello antiquissimo, et ut conici licet, in mutilo n. CXXII leguntur haec:

quam pequniam in stipulatum L. Caecili Felicis redegisse dicitur M. Cerrinius Euprates n. I
[quam pecuniam dicitur in?] [sti]pulat[u(m)] (eius) [rede]gisse n. CXXII 1

Reliquis communis est formula huius modi (* indicat mutila):

quae pecunia in stipulatum L. Caecili Iucundi venit (vel *in stip. venit L. Caec. Iuc.* n. V) *ob auctionem* illius (vel *ob auctionem* illorum XLVIII, vel *ob mancipia vendita* XLIX) *II. V. VII. *IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVII. *XIX. XXII. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. *XXXI. XXXII. XXXV. XXXVII. XXXVIII. *XXXIX. XL. XLIII. XLVI. XLVII. XLVIII. XLIX. LI. LII. LIII. *LIV. LV. LVI. *LIX. *LXV. LXVI. LXVII. LXVIII. LXIX. LXXII. CXIX. CXX. CXXI.

In formula *B* eadem res significatur his modis:

HS tot *ob auctionem meam, [qu?]em* — an *item?* — *in stipulatu(m) eius redegi* vi 12

{ *qua[e pecunia in stipulatum] eius venit [ex auctione] domina[e meae]* (i. e. Popidiae) xx 8
{ *ob mancipia . . . . stipulatu(m) ven . . [ex auctione] Popid(iae) . . .* xx 17

{ HS tot . . . . . *r[e]s quos* — vel *quas* — *in s[tipula]tu(m) eius* (i. e. Iucundi) . . . . xxx 14
{ HS tot *ob* . . . . xxx 23

HS tot *ob auctione(m) mea(m) sup stipulatu eius* (i. e. Iucundi) xxi 21

HS *tot ob auctione(m) mea(m) sub stipu[latu eius]* l 5

quam auctionem feci in id[us] . . . . . . *sup stipulatu eius* (i. e. Iucundi) xvi 9

ob (?) *m* . . . . *sub stipulatu eius* (i. e. Iucundi) lxiii 4

*ob auctione(m) *m[e]a(m) [se]stertios nummos tot* . . . . *stipulatus est* (i. e. Iucundus) lviii 6

Ex Mommseni sententia (p. 112) his verbis ea pecunia significatur, quam coactor, Felix (n. i) vel Iucundus, ab emptoribus stipulatus erat, idque unice verum esse vel sermone ipso efficitur. Ea enim, quae n. i. cxxii. vi (cf. xx) scripta sunt, venditorem sive auctionis auctorem pecuniam in Caecilii stipulatum redegisse, non aliam admittunt interpretationem nisi hanc, quam iis tribuit Mommsenus: 'quam pecuniam per me factum est ut Caecilius ab emptoribus stipularetur'. Illa quoque 'sub stipulatu eius' (Iucundi) non possunt aliud significare nisi Iucundum esse stipulatorem, non promissorem. Denique novum his argumentis addere iam possum ex libello n. lviii, in quo verba *stipulatus est* legi; hic enim stipulator non potest esse nisi Iucundus. — Ceterum notatu esse dignum videtur, solum *stipulatus*, nusquam *stipulatio* vocabulum in his tabellis adhiberi, quorum hoc ipsum stipulandi actum, illud statum stipulando effectum significat. Cf. *ex stipulatu agere* Digest. xlv 1, 3 § 1; 38 § 12, *ex stipulatu actio* xlv 1, 1 pr., xlv 1, 51 et 70, xlvi 4, 21, *ex stipulatu debere* xlv 1, 24 ac praesertim xlv 1, 25: *si dari stipuler id 'quod mihi iam ex stipulatu debeatur', cuius stipulationis nomine exceptione tutus sit promissor, obligabitur ex posteriore stipulatione.*

In novem libellis infra indicatis verba haec ex interrogatione tabellarum signatarum addita sunt.

eum acce[pisse ab L. Caecilio lucun]do HS ∞∞D[CC]XXCVII *ex inte[rrogatione fact]a tabellar[u]m signataru[m]* xvii extrinsecus

eam accepisse ab L. Caecil[io Iuc]undo HS n. $\overline{\text{XI}}$ XXXIX *ex auction[e eius] mercede minus ex inter[rogati]one facta tabellaru[m]* . . . . . . xxv extr.

[me accepisse ab L.] Cecilio Iucudo [sestertios nummos se]x milia otoge[ntos septuaginta quinque] ob autione [mea ex interroga]tione fata [tabellarum si]genataru(m) xxvi extr.

[eu]m accepisse [ab L. Caecilio Iucun]do HS *n. [tredecim milia trece]ntos triginta [septem ob au]ctionem [eius ex interro]gatione [facta tabellarum sig]na[tarum]* xxvii extr.

me [accepisse] ab L. Caecilio Iucu[ndo] sester[tios de]ce(m) milia trecentos quinque nummos ob auctione(m) mea(m) ex inte[r]rogat[i]one facta tabellaru(m) s[ign]ataru(m) xxviii extr.

μη [ἀκκηπισσε ἀπὸ] Καικιλίω Εἰουκο[ύνδω σ]ηρτέρτια κου[αττουορ] μίλια ἐτ [κεντουμ?] ν[ο]ναγι[ντα δυο?ν]ου[μμο]υς ἐξ [αὐκτιωνε] μ[εα] ἐξ [ἰντερρογατιωνε] φα[κτα] τα[βελλαρουμ σιγ]να[ταρ]ου[μ] xxxii extr.

[eum accepisse ab L. Ca]ecilio [Iucundo HS n. $\overline{\text{III}}$] DXI . . . . *[o]b auctione(m) [eius ex interrogatio]ne tabellaru(m) [signataru(m) i]n idus Febr.* xxxv extr.

[me accepis]se sesteta [$\overline{\text{XXX}}$ *nongenta quinqua]genti qui[que ab L. Caecilio Iu]cudo [a]u[c]to[ne* . . . .*] fata* . . . . . . *ata* . . . xxxviii extr.

eam accepisse ab L. Caecilio Iucundo sestia nummum octo [milia] quingenti sexages dupundius ob auctionem eius ex interrogatione facta tabellarum signatarum xl extr.

Ad eandem rem non dubium est quin pertinuerint, quae in sequenti libello supersunt, ubi tamen haec *ex nom* . . . . quomodo restituenda sint — an fortasse *nuncu[patione]* latet? — adhuc quaeritur.

[eum accepis]s[e] ab L. [Caecilio Iucundo ∞ ∞] DCXXX[V . . *sestertios num]mos ex nom[* . . . . *tabell]arum signa[tarum in k. N]ou(e)mbr. primas merc[ede minus]* xlvi extrinsecus.

Ea clausula non reperitur nisi in exteriore scriptura (ubique ad formulam *B* concepta) nec nisi praecedente intus scriptura ad formulam *A* concepta. Coniungendam esse non cum verbis *ex auctione* (vel *ob auctionem*), sed cum verbis *eum* (vel *me*) *accepisse* docet n. xvii, a quo auctionis abest mentio. Extra ordinem in n. xxxv huic clausulae subiectus est dies, in quem solutio pecuniae collata erat: *in idus Febr.*, in interiore scriptura omissus; debebat enim potius collocari post haec *ob auctionem.* Idem videtur factum fuisse in chirographo mutilo n. xlvi *[in k. N]ou(e)mbr. primas,* ubi maiore etiam neglegentia omissa sunt verba *ob auctionem.* — Non casui mero videtur tribuendum esse, quod hae novem vel, si additur n. xlvi, decem apochae pertinent ad maiores atque adeo maximas pecuniae summas: 2635 (n. xlvi). 2787. 3511. 4192. 6875. 8562. 10305. 11039. 13337. 30955. Libelli enim n. x et xxxvii, qui ad summas omnium maximas spectant, exteriore scriptura nunc carent. — Interpretatio eius clausulae cum eo magis difficilis esset quod in fontibus iuris Romani nostris non videtur memorata esse, Mommseni tamen acumini, si quid video, plane contigit ut reperiretur. Ex eius enim sententia pertinet interrogatio ea tabellarum signatarum ad interiorem scripturam in his decem libellis omnibus ad formulam *A* conceptam, quae acceptilatio est. Acceptilatio autem liberationem significat, quae ut stipulatio (Graecis ἐπερώτησις appellata) per interrogationem fiebat. Quod Brunsius *Kleinere Schriften* II p. 323 obiecit, in interiore scriptura interrogationem nusquam memorari, Mommsenus antea iam refellerat monendo in verbis *habere se dixit* nihil obstare quominus hoc 'dicere' intellegeretur 'respondere'. Nam cum dicendo sive verbis liberatio fieri soleret per interrogationem et responsum, quin huc referenda essent illa *habere se dixit,* nemini dubium esse poterat. — Interpretatio autem, quam Brunsius probare maluit Petrae tribuens: '*nach Einsicht oder Befragung der* tabellae signatae', ut aliis ita vel-ipso sermone excludi videtur (cf. Karlowa *röm. Rechtsgesch.* I p. 802); nam 'interrogare' non potest significare 'inspicere' vel 'consulere', et pro his 'ex interrogatione' dicendum potius fuisset 'interrogatis tabellis'. Neque satis constat Petram ipsum hanc illi clausulae tribuisse notionem, quippe qui dixerit p. 12: '*a meno che la formola* ex interrogatione facta tabellarum signatarum . . *non voglia appunto indicare, che per tutto quello che manca nella copia egli si riferisce all' atto originale*' [i. e. ad scripturam interiorem]. Immo haec verba rem minus distincte indicantia etiam de Mommseni interpretatione dicta esse possunt.

Ea pars apochae, qua creditor numeratam se accepisse pecuniam testatur, concepta est his modis:

In formula *A*:

numeratam dixit se accepisse n. i

numeratos accepis(se) se dixit n. v *numeratos accepisse se dixserunt* n. xlviii

numerata habere se dixsit *VII. X. XIII. XIV. XXXI. XLVII. *LVII. *LIX. *LXVI. LXXII. *CXXII/III. CXXIV
numerat. habere se dixsit XVII
n[umerata habere se] dixsit II *nume . . . . se dix[sit]* XXIX
persoluta habere se dixsit XII. XV. XXII. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XXXII. XXXV. XL. XLIII. *LXIX
soluta habere se [dixsi]t XLIX *so[luta habere] se dixsit* XLVI
. . . . luta habere se dixsit XI *. . . . luta habere . . . .* XXXVIII
. . . . . . habere se dixsit IX. LV *. . . . . . habere . . . . . .* XIX *. . . . . . habere se . . . . .* XXXVII *. . . . . . [ha]bere se . . . .* XXXIX
. . . . . . habere . . . . . . LI *. . . . . . habere s . . . . . .* LXXV
habere se dixsit non praecedente *numerata* vel *persoluta* vel *soluta* videtur scriptum fuisse in his:
habere se [dixsit] LIII *h[a]be[re se dixsit]* LIV.

In formula *B*:

1. in auctionum apochis:
   scripsi me accepisse V (addita sunt: *quae minutatim, quem ad modum volui, ab eo accepi*). *XX. XXI (intus et extr.). *XXVIII. XXXII (*μη [αxxηπισσε]*). *XXXVIII. XLV (intus et extr.). *LVIII (intus). CXXXVI (*. . ἀx[xηπισσε]*).
   scripsi me ac(c)epis(s)e . . . (h)abere m . . se dix(sit) XXXIII.
   scripsi eum accepisse VII. *XVII. XXVII. XXX. *XLVI. *scripsi eam accepisse* XXIII. XXIV (int. et extr.). XXV. XL.
   chirograpum . . si(bi?) persoluta esse LVII (extrinsecus) *scripsi [ipsi] persoluta esse* XXII.
2. in vectigalium apochis coloniae:
   scripsi me accepisse CXXXVIII (extr.). CXXXIX (extr.). CXLI (int. et extr.). CXLII (i.). CXLIII (i.). CXLIV (i.). CXLV (i. et e.). CXLVI (e.). *CL (i.). CLI (i. et e.).
   scripsi me accepisse . . . et accepi ante hanc diem CXLVII (i. et e.).
   accepi CXXXVIII (int.).

In n. XLVIII duo sunt creditores, iique pro sua quisque parte pecuniam sibi debitam se accepisse dixerunt. Diversum ab hoc videtur esse n. XLV, ad duos et ipsum creditores spectans, in quo haec leguntur: *pro parte eius, quam stipulatus est ex delegatu eorum.* Ea enim, ut supra p. 421 dixi, pertinent potius ad Varum ab illis delegatum; *eius* autem, ut Mommseno nunc videtur, fortasse intellegendum est *auctionis* vel *pecuniae ex auctione redactae.*

Ad summam paulatim pluribus pensionibus solutam pertinet n. VI: *quae minutatim, quem ad modum volui, ab eo accepi in hanc diem.* Similis est apocha n. XXIII, qua comprehensa sunt haec: *ex qua summa [accepit numeratos?] sestertios ducentos [et] arbitria s[estertio]s viginti et acc[e]ss[ione]s* HS XIII *et minus* HS LI *et hac die reliquos ego* (i. e. servus venditricis) *sestertios trec[ento]s sexsaginta nummos*; ubi vide adnot. 9 et 11.

Sed pecunia, quae auctione parta est, auctionis auctori non omnis solvenda erat ab coactore, cum accederet merces centesimae aut maior coactori solvenda, vectigal publicum rerum venalium centesimae vel quintae et vigesimae venalium mancipiorum, interdum etiam praeconium centesimae. In qua re duplici modo uti poterant. Aut enim coactor ab emptore pretium (ex. gr. HS C) cum mercede (ex. gr. HS II), i. e. HS CII, stipulabatur et venditori C solos pendebat, aut coactor ab emptore pretium solum i. e. HS C stipulabatur, sed venditori HS XCVIII pendebat. Utrumque modum significat Cicero pro Rab. Post. 11, 30 (ubi de decem milibus talentum Gabinio ab Rabirio solvendis loquitur): *non intellego hoc quale sit, utrum accessionem decumae, ut nostri facere coactores solent centesimae (centima* codex), *an decessionem de summa fecerit. Si accessionem, undecim milia talentum ad Gabinium pervenerunt.* Item Tacitus ann. XIII 31 (ad annum 57): *vectigal quintae et vigesimae venalium mancipiorum remissum, specie magis quam vi, quia cum venditor pendere iuberetur, in partem pretii emptoribus accrescebat.* Antea igitur cum coactores ab emptoribus pretium ut puta HS C cum vectigali 4% i. e. HS CIV stipulati essent, inde ab anno 57 pretium solum stipulabantur sed venditori XCVI pendebant. Vide Mommsenum p. 99. — Huc referendum est, quod in plerisque tabellis tam intus quam extrinsecus additum est *mercede minus.* Eius clausulae exstant exempla haec:

mercede minus n. II. V. VII. *IX. XI. XII. *XIII. XIV. XVII. XX. XXII. XXIV 9. 25. XXV 8. 29. XXVI. XXVII. XXVIII. *XXIX. *XXXI. XXXII. XXXIII. XXXV 8. *30? XXXVII. XXXVIII. *XXXIX. XL. XLIII. XLVI 7. 29. XLVII. LI. *LIII (*. . . . mercede . . . .*, ubi *minus* non videtur sequi). *LIV. *LVII. LX. LXV. LXVI. LXXII. CVII. CXXII. CXXIV. *CXXXVI (*. . . xηδε . . . . .*).
[mer]cede quinquagesima minu[s] n. X *L* (i. e. *quinquagesima*, ut vid.) *mercede minus* n. LVIII.

et minus n. XXIII item ad sestertios venditori propter mercedem et vectigal ab Iucundo minus solvendis referendum esse vidit Mommsenus p. 113; in tabella ea scripta sunt haec: *ex qua summa [accepit numeratos?] sestertios ducentos [et] arbitria s[estertio]s viginti et acc[e]ss[ione]s* HS XIII *et minus* HS LI *et hac di[e reli]quos ego sestertios trec[ento]s sexsaginta nummos* (cf. quae ibi adnotavi).

Chirographaria inter haec sunt exempla 1. interioris scripturae XX. XXIII. XXIV 9. XXXIII. LVIII; 2. exterioris XXIV 25. XXV 29. XXXV *30. XLVI 29. CXXXVI; reliqua sunt scripturae ad formulam *A* conceptae. — Vocabula *numerata, soluta, persoluta* (aut *-tos*) promiscue adhibita sunt; in n. XXXIII et *LIV nullum eorum additum, sed scriptum est *mercede minus habere.* Hac clausula *mercede minus* omnino carent n. VI. XV. XIX. XLVIII. XLIX (quorum tamen in n. XLIX interior scriptura fere tota, in reliquis exterior tota periit), non carent nisi in exteriore scriptura n. VII. XVII. XXII. XL. — Praeterea vide, quae de hac re exposuit Mommsenus *Hermes* XII p. 93. 113 et ad legem metalli Vipascensis ibid. p. 101 et Ephem. epigr. III p. 165 et Corp. II Suppl. n. 5181 adnotavit. In antiquissimo libello n. I quae scripta sunt *eam pecuniam omnem* (sunt HS DXX) *dixit se accepisse*, ita intellegenda sunt, ut pecuniae summa persoluta sit integra non deducta mercede. De iis apochis, in quibus neque hoc neque solutum esse 'mercede minus' additum est, quid statuendum sit nescimus, ut tamen probabilius esse videatur usum illius aetatis etiam ad haec negotia pertinuisse et rem, de qua dubitari non posset, minus accurate non adnotatam esse.

Causam debendi in n. I—CXXXVII praeter stipulationem auctionem esse, indicari solet eademque causa tribuenda videtur esse iis (ut de mutilis taceam), quae auctionem non memorant: n. I (*ob mulum venditum*), n. XLIX (*ob mancipia duo veterana vendita*). Creditor idem est atque auctionis auctor, nisi quod n. VI. VII. XX. XXIV servus eius vicem agit (sed ut n. XXIV tertius quidam apocham faciat) et in n. XLIX scriptum est vendita esse mancipia *ratione hereditaria* L. Cornelii Tertii, apocham fecisse L. Cornelium Maximum, qui Tertii heres videtur fuisse. Secundum

apocham n. XLV Varus ex aliorum duorum auctione provenientem pecuniam *ex delegatu eorum* stipulatus est, quae est Mommseni interpretatio p. 114 (cf. supra p. 340. 421. 423).

Res, quae venum datae erant, raro indicatae sunt. Complura exstant exempla servorum venum datorum: *auctio venaliciaria* n. XLV 9. 30, *[pr]o [ma]ncipeis* LXXIV, *ob mancipia* ...... XX 16 (cf. 7), *ob mancipia, quae fuerunt Me... Lib rr..* LXII, *ob mancipia duo veterana* XLIX (vendita sunt HS V CCC), quibus addi fortasse licet fragmentum *ob m* .... LXIII. — *Mulus* venditus sestertiis DXX memoratur n. I. — Apocha n. V ad *auctionem buxiariam* pertinet (de buxi usu cf. praeter lexica Bluemner ad edict. Diocletiani 1893 p. 134 sq.), n. C *auctionis lintiariae Ptolem(a)ei Alexsandrini* est perscriptio. In n. XXIII *res inpositiciae* memorantur, de quibus vide adnot. 4. Quid sibi velint *[d]enae* n. XCVII, dubium est. Fragmentum .... *iaria* XXI 9, ut ibi dixi, restituendum est *[ex auctione venalic]iaria* vel *[lint]iaria* vel similiter. Plane incertum est supplementum illorum n. XXX 14 *nummos* ..... *r[e]s quos* — aut *quas* — *in s[tipula]tu(m) eius [redegit?]*. Dubitans proposui *faenebres quos*, sed fieri potest, ut spectent ad *res, quas in stipulatum redegit*, hac apocha non diserte indicatas.

Summae ob auctiones solutae, quae in his tabellis restant, infra compositae sunt.

HS 38079	n. X
HS 35270	n. XXXVII
HS 30955	n. XXXVIII
HS 25439	n. XLV
HS 17110 + .. (vel 18000 + ..)	n. IX
HS 13337	n. XXVII
HS 13 ...	n. LX
HS 12247 (?)	n. LXXII
HS 11362 (vel 11363)	n. XIV
HS 11039	n. XXV
HS 10305	n. XXVIII
HS 10050 + ..	n. LXII
HS $9381^{1}/_{2}$	n. LV
HS 8562	n. XL
HS $8327^{1}/_{2}$ (vel $8328^{1}/_{2}$)	n. XI
HS [739?]0	n. XV
HS 70[33?]	n. XIII
HS 6875	n. XXVI
HS $6456^{1}/_{2}$	n. XXII
HS 6252	n. XXIV
HS 5428 (vel 5427)	n. CIII
HS 5300	n. XLIX
HS 5 ...	n. LXVII
HS 4[1]9[2?]	n. XXXII
HS 4060 + ..	n. CXXXVI
HS 3934	n. XII
HS 3511	n. XXXV
HS 3059	n. VI
HS 2787	n. XVII
HS 2740	n. LXXIII
HS 2732	n. XXX
HS 2635	n. XLVI
HS 1985	n. V
HS $1663^{1}/_{2}$	n. LVIII
HS 1567	n. VII
HS 1500	n. XLVIII
HS $1441^{1}/_{2}$	n. XXIX
HS 1386	n. XXI
HS 13 ..	n. II
HS 1200	n. L
HS 645	n. XXIII
HS 520	n. I (ob mulum venditum)
HS 342	n. XXXIII
HS .... [CVII S?]	n. XIX
HS 900 + .. (?)	n. XX
HS .... ∞ DC ...	n. XXXIII
HS .. *milia duce(n)tos* .... *[nove?]m*	n. XXXIV
HS .. ∞ LXXIII vel ∞ LXXVI(?)	n. XXXIX
HS ...... LXXIIII(?)	n. XLIII
HS VIII	n. LI
HS II	n. LII
HS [CCIↃↃCCIↃↃI?]ↃↃ ∞ ∞	n. LVI
HS ..... CCC ..	n. LXXIV
HS ...... CLXXV vel CLXXII	n. CXXI
HS ∞	n. CXXVI

Septem summis his 35270. [739]0. 5300. 2740. 1500. 1200. 520 exceptis omnes ita comparatae sunt (quo de monuit Mommsenus p. 115), ut ex compluribus summis minoribus collectae esse videantur, id quod in multarum rerum auctionibus factum esse consentaneum est. Neque enim, si a qua summa mercedes deducas, adquires multiplex denarii numeri; ex. gr. in summa omnium maxima, quae in apocha n. X memorata est additis 'quinquagesima minus', HS 38079, deducta quinquagesima $746^{64}/_{100}$ vel 747, fiet summa, quae auctione provenerit, 37332. Item n. LVIII, cui et ipsi clausula *quinquagesima minus* videtur addita esse, sestertii $1663^{1}/_{2}$ auctione coacti ex HS $1630^{9}/_{10}$ (vel 1631) et $32^{6}/_{10}$ effecti esse possunt.

In n. I pretium HS DXX est unius muli, sed ibi, ut monui, 'omnis pecunia' mercede deducta nulla ab Iucundo soluta est; in n. XLIX qui 'ob mancipia duo veterana vendita' soluti sunt sestertii 5300, repetendi videntur esse a pretio auctione impetrato sest. 5048 et mercede centesima ($1^{0}/_{0}$) cum vectigali quintae et vigesimae ($4^{0}/_{0}$) sest. $252^{2}/_{5}$ sive circiter 252.

Summa, ad quam apocha pertinet, aut notis aut litteris scripta est. In qua re qui modi diversi adhibiti sint in his tabellis, laterculus infra subiectus docet. In eo non a re alienum est visum non omittere apochas coloniae et Auctarii libellos duos, ut usus qui certe Pompeiis tum fuerit, omnibus instrumentis compositis perspici posset. Litterae *A* et *B* significant exempla vel acceptilationis (*A*) vel chirographi (*B*); puncta .. indicant periisse eam partem.

numerus libelli	*A*		*B*	
	intus	extrinsecus	intus	extr.
I	notis	..		
II	..	not.		
III			litteris	..
V	..	not.		..
VI			litt.	..
VII	not.			litt.
IX	not.			..
X	not.			..
XI	not.			..
XII	not.			..
XIII	not.			..
XIV	not.			..
XV	not.			..
XVII	not.			not.
XIX	not.			..
XX			litt.?	[not.?]
XXI			litt.	not.
XXII	not.			litt.
XXIII			litt. [1]	..
XXIV			not.	not.
XXV	not.			not.
XXVI	not.			litt. [2]

[1]) partes duae antea numeratae (sest. XIII et LI) notis indicatae sunt.
[2]) praeterea summa notis infra adnotata est.

numerus libelli	A intus	A extrinsecus	B intus	B extrinsecus	summarium	margo
XXVII	not.			litt. [1]		
XXVIII	not.			litt.		
XXIX	not.			. .		
XXX			litt.	[not.]		
XXXII	not.			litt.		
XXXIII			not.	. .		
XXXIV	. .			litt.		
XXXV	not.			not.		
XXXVII	not.			. .		
XXXVIII	not.			litt.		
XXXIX	[not.]			not.		
XL	not.			litt.		
XLIII	not.			. .		
XLV			litt.	not.		
XLVI	not.			not.		
XLVII	[not.]			. .		
XLVIII	not.			. .		
XLIX	. .	not.		. .		
L	. . [2]			not.		
LI	not.			. .		
LII	not.			. .		
LV	not.			. .		
LVI	not.			. .		
LVIII			not.	not.		
LX	not.			. .		
LXII			litt.	. .	not.	
LXVII	not.			. .		
LXXII	not.			. .		
LXXIII	not.			. .		
LXXIV	not.			. .		
CIII						not.
CXXI	not.			. .		
CXXVI			not. [3]	. .		
CXXXVI	. . [4]			litt.		

Apochae coloniae.

numerus libelli	A intus	A extrinsecus	B intus	B extrinsecus	summarium	margo
CXXXVIII			not.	not.		
CXXXIX			. .	not.		
CXLI			litt.	not.	not.	
CXLII			litt.	not.	. . [5]	
CXLIII			litt.	not.	not.	
CXLIV			litt.	. .	not.	
CXLV			litt.	not.	not.	
CXLVI			litt.	not.	not.	
CXLVII			litt.	not.		
CL			litt.	. .		
CLI			litt.	. .		
CLII			litt.	. .		

[1]) praeterea summa notis infra adnotata est.
[2]) aut *B* periit.
[3]) aut exterior est scriptura.
[4]) aut *B* periit.
[5]) summa aut non indicata erat aut periit.

Auctarium.

	numerus libelli	intus	extrinsecus
cautio	CLIV	not.	. .
venditio	CLV	[not.]	[not.?]

Itaque in interiore scriptura, si ad formulam *A* concepta erat, satis habebant notis uti, cum id exemplum sigillis clausum et custoditum esset; eamque consuetudinem retinebant etiam in exemplis formulae *A* extrinsecus exaratis (n. II. V. XLIX). Chirographa (*B*) summas tam litteris quam notis exhibent; constans usus in apochis coloniae n. CXLI sqq. obtinet, quas qui conscripsit Privatus in eo acquievit, ut in interiore scriptura sola, videlicet exemplo instrumenti primario et authentico, litteris uteretur.

Dies, quo emptores coactori pretia pendere debebant, in nonnullis tabellis intus indicatus est, rarius extrinsecus, semel in titulo margini inscripto. Quotiens dies non positus est, fortasse ipso auctionis die pecunia debebatur (cf. Ulpianus Dig. XLV 1, 41 § 1), sed fieri potest, ut id non adiectum sit propterea, quod in apocha non erat necessarium, nec (ut Mommsenus addit) commode ibi poni poterat, ubi res pluribus venierant sub pretio diebus diversis solvendo. In laterculo subiecto composui dies, in quos praestatio collata erat, cum iis diebus, quibus Iucundus venditori pecuniam solvit.

dies quo pecunia soluta est ab Iucundo	dies quo pecunia solvenda erat ab emptoribus	
[*k. Febr.* ?]	*id. Febr. primae*	n. XI intus
id. [*Febr.*?]	*k. Nov. primae*	n. XLVII intus
. . *k* (vel *id.*) *Mart.*	. . . . . *primae*	n. XIX intus
VI id. Mai.	*id. Iul. primae*	n. V extr. (sed ad *A* formulam)
IIII k. Iun. vel *Iul.*	*id. Aug. primae*	n. VII intus
non. Aug.	*id. Febr.*	n. XXXV extrinsecus
III non. Sept.	*k. Nov. primae*	n. XLVI intus et extr.
. . . *Oct.*	*k. Nov. primae*	n. XXXVIII intus
V k. Dec.	*id. Dec. primae*	n. II extr. (sed ad *A* formulam)
pr. id. Dec.	*id. Ian. primae*	n. XV intus
XV k. Ian.	*k. Febr. primae*	n. XXVII intus
III k. Ian.	*id. Oct.* vel *Nov.*	n. XVI intus
. . . . . .	*k. I*[*an.*?] *proxsim*(*ae*)	n. LXXI intus
. . . . . .	*id. Nov.*	n. XCVII marg.
. . . . . .	*id.* . . . *primae*	n. CXXII intus
. . . . . .	. . Σεπτ.	n. CXXXVI extrinsecus.

Dies, quo ultimo emptores pendere debebant, Romano more aut kalendae aut idus sunt. In n. XVI. *XXXV. XCVII si vocabulum 'primae' vel 'proximae' non erat adiectum, primae tamen idus quin intellegendae sint, non dubium est (cf. Ulpianus Dig. XLV 1, 41), sed in mutila n. XXXV incerta est res; in brevi marginis titulo n. XCVII omissio facile excusatur. — Auctionum, ad quas hi libelli pertinent, dies ignoti quidem sunt, sed coactorem plerumque statim post factam auctionem vel brevi certe post eam intervallo venditori debitum solvisse probabile est propterea (ut Mommsenus p. 96. 116 observavit), quod auctiones propter aes alienum vel certe rei nummariae difficultatem, ut pecunia sibi praesto esset, facere solebant. Spatia igitur temporis, in quae emptoribus coactor dilata solutione pecuniam credidit, varia sunt, brevissima dierum XIII? (n. XI). XVII (n. XLVII). XXXIII (n. XV), longissima supra menses IX vel X (n. XVI), supra menses VIII? (n. XLVII), supra menses VI (n. XXXV). — Ex apocha n. VI discimus, Iucundum eam pecuniam paullatim venditori solvisse (*quae minutatim quem ad modum volui ab eo accepi in hanc diem*); secundum n. XXIII — praeter mercedem statim, ut par est, deductam — impensas quasdam Iucundus prius (fortasse statim ipsa auctionis die) solverat, postea demum, i. e. ipsa apochae die, reliquos sestertios.

Apochae rei publicae Pompeianae.

Libelli n. CXXXVIII—CLIII coloniae Pompeianorum continent apochas, quae ad vectigalia ab Iucundo soluta spectant. Vectigalium est genus triplex vel quadruplex.

1. *ob avitum et patritum* vel *ob avitum* n. CXXXVIII—CXL.

Libello n. CXXXVIII Secundus coloniae servus scripsit se accepisse a P. Terentio Primo nomine Stali Inventi sestertios nummos DCCLXXVI reliquos, acceptis antea HS V̄CCXXIIII *ob avitum e[t] patritum fundi Audiani.* — Libello n. CXXXIX Privatus coloniae servus scripsit se accepisse ab L. Caecilio Iucundo HS ∞ . . . . ex reliquis *ob avitum fundi . . . i . . . .* — In fragmento n. CXL nihil restat nisi . . . *nummum . . . . . . avitum . . .* — Hoc vectigal cuius generis fuerit, Mommsenus exposuit p. 123 sq. collato titulo Ferentinati vol. X n. 5853, unico praeter tabellas aviti testimonio. Vocabula *patritus* (sive *paternus*) *et avitus* diuturnam propriamque possessionem significant: Cicero de lege agr. 3, 2 § 7 *paterna et avita*, § 8 *meus paternus avitusque fundus Arpinas*; Paulus s. r. 3, 4. 4*a.* 7 *bona paterna avitaque*; Cicero Tusc. 1, 19, 45 *patritam et avitam, ut ait Theophrastus, philosophiam*; Varro apud Nonium p. 161 *patrito et avito more precabamur*; Lex agrar. (vol. I p. 813, 28) *tantidem pro patrito redemptum habeant, p(ro) p(atrito) supsignent.* (Cf. Iustinian. Cod. XI 59 [58], 7 pr. *fundum patrimonialem . . salvo patrimoniali canone . . velut domesticum et avita successione quaesitum sibi habeat, suis relinquat, neque eum . . quisquam a fructu impensi operis excludat*). Inde ex Mommseni sententia vocabulis iis vulgus potius, ut videtur, quam iuris sermo proprius ad agrum vectigalem in perpetuum locatum uti coepit ita, ut *ius patritum et avitum* rei publicae tribueretur. 'Itaque', Mommsenus inquit vol. X p. 581, 'fundorum eorum dominium verum iam erat apud rem publicam, id est *aviti* erant eius, et *avitum*, id est pensionem annuam, res publica inde percipiebat, perpetua possessio sive dominium quoddam secundarium eius erat qui eos conduxerat.'[1]) — Fundi Audiani avitum et patritum cum Terentius Primus nomine Stali Inventi solvat, hunc fundi eius conductorem fuisse probabile est. Iucundus, cuius in arca haec apocha servabatur, fortasse fundum ab Invento conduxit (cf. Mommsen *Hermes* XII p. 124). Etiam incertius est iudicium de n. CXXXIX instrumento mutilo. — Vectigal annuum ob avitum fundi Audiani solutum (n. CXXXVIII) est HS 5224 cum iis, qui reliqui fuerant, HS 776, totum HS 6000. Si semisses erant (6 % in annum), ut apud Plinium epist. 7, 18 et vol. X 5853, fundi pretium erat HS 100000.

2. *ob fullonica* (sic n. CXLII. CXLIII. CXLIV, *ob fullonicam* CXLI 13, *ob fullonicas* CXLI 3) n. CXLI—CXLIV. Restant solutiones quattuor annorum continuorum sicut constanter in summario extrinsecus in prima vel sexta pagina inscripto, semel bisve in instrumento ipso adnotatum est:

in summario			in instrumento ipso	
anni primi	n. CXLI	3		
anni secundi	n. CXLII	27		
anni terti	n. CXLIII	26	*anni ter[ti]*	24
anni quarti	n. CXLIV	5	*a[nni quarti]*	14

Praeterea n. CXLI 14 et 29 additum est: *anni unius* (qui fuit annus primus) et n. CXLIII 10—12 *anni L. Verani Hupsaei et L. Albuci Iusti d. v. i. d.* (qui fuit annus tertius). Duumviratus cum inciperet a kalendis Iuliis, desineret prid. kalendas Iulias proximas (quo de vide infra), annus I est a. p. Chr. 56/57, II a. 57/58, III a. 58/59, IV a. 59/60. — Dies, quibus quoque anno solutum est vectigal, sunt hi:

n. CXLI	a. I	(56/57):	19 Febr. 58
n. CXLII	a. II	(57/58):	14 Iul. 58
n. CXLIII	a. III	(58/59):	19 Iul. 59
n. CXLIV	a. IV	(59/60):	8 Mai. 60

Quarti igitur anni vectigal ante exactum tempus, sed priorum trium postea demum solutum est, quare in his quidem tabellis adnotatum est *ex reliquis* (n. CXLI 14. 29. CXLII 8. CXLIII 10). Instrumentum n. CXLII memorabile est propterea, quod solutio quidem facta est 14 Iul. (vide v. 10. 30), apocha autem uno mense post, i. e. 14 Aug. (v. 11; ambo dies confusi sunt v. 18). Vectigal annuum fuit sestertiorum 1652, ut indicatum est in n. CXLI. CXLII. CXLIV; pro ea summa quod n. CXLIII 8. 23. 27 scriptum est 1651½, quo pacto interpretandum sit non liquet. — Vectigal cuius generis fuisse videatur, adnotavi ad n. CXLI.

3. *ob pasqua* (sic scriptum est CXLV 32; *ob pasquam* CXLV 9 CXLVI 2. 18; *ob pasqua[m?]* CXLV 27; *ob pascua[m]* CXLVI 16; *ob vectigal publicu(m) pasquorum* CXLVII 26; *ob vectigal publicum pasqua* CXLVII 13). — Restant apochae annorum primi et tertii et partis anni secundi. De anno adnotatum est in summario:
ob pasqua anni primi (i. e. 1 Iul. 56/57) n. CXLV 33
[ob p]asquam an[ni secundi] (i. e. 1 Iul. 57/58) n. CXLVI 19

Summarium apochae n. CXLVII, quae pertinet ad annum 1 Iul. 58 — 30 Iun. 59, non restat. — Praeterea adnotatum est n. CXLV 10 et (ubi *II vir. i. d.* omissa sunt) 27 *anni Modesti et Vibi Secundi II vir. i. d.*, qui est annus primus (56/57). Dies, quibus quoque anno solutum est vectigal, sunt hi:

n. CXLV	a. I	(56/57):	5 Ian. 58	HS 2675
n. CXLVI	a. II	(57/58):	6—12 Iun. (?) 58[1])	HS 1675
n. CXLVII	a. III	(58/59):	6 Iun. 59	HS 1000
			18 Iun. 59	HS 1675

Tertii anni vectigal (HS 2675) duabus pensionibus solutum est; idem videtur factum esse anno II, sed antea solutorum HS 1000 non exstat mentio, propterea ut videtur, quod non superest nisi exterior scriptura brevior et mutilum summarium. Itaque Iucundus debito annorum II et III ante exactum tempus satis fecit, sed primi vectigal postea demum solvit, quare adnotatum est n. CXLV 9 et 27 *ex reliquis ob pasquam anni Modesti* et q. s. — Summam 2675 esse totius anni vectigal, diserte dictum est in summario n. CXLV 35: *debueram anni superioris* (i. e. 56/57) HS *2675.* — Vectigal, quamquam non populi Romani, sed coloniae erat, n. CXLVII 13 et 26 *publicum* vocatur, contra severiorem quidem normam (cf. Ulpianus et Gaius Dig. L 16, 15—17), sed ex usu, qui late patebat; cf. Mommsen *Stadtrechte* (*Abhandl. der Sächs. Ges.* III 1857) p. 457 et *Staatsrecht* III p. 4. Item in his tabellis Privatus servus rei publicae Pompeianorum *publicus* appellatus est n. CLIII. — In summariis, quae Iucundum scripsisse consentaneum est et n. CXLV 35 hoc *debuera(m)* docet, argentarius n. CXLV et CXLVI *solutio* vocabulum adhibuit ad pensiones earumque apochas significandas. — Vectigal non dubium est quin fuerit pascuorum coloniae a conductore solvendum.

Ad vectigal vel potius solaria videtur pertinere:

4. *mercatus* (n. CLI). Iucundus coloniae sestertios 2520 solvit *nomine M. Fabi Agathini mancipis mercatuus.* De ea re vide quae supra p. 403 adnotavit Mommsenus.

Mutilae n. CXLVIII. CXLIX. CL. CLII. CLIII, quae et ipsae sunt coloniae Pompeianorum apochae, ad quas res pertinuerint, iam nescitur.

[1]) Cf. Mommsenus *Staatsrecht* II³ p. 459 sq. — Huschke *avitum et patritum und der ager vectigalis* in ephemeride *Zeitschrift für vergl. Rechtswissenschaft* I (1878) p. 161—210 avitum et patritum (vectigal) ad agros ita adsignatos rettulit, ut per annos centenos pluresve vectigali subiecti essent, usus Hygini p. 116 (Lachm.) verbis. Sed ea verba (si de difficili quaestione iudicium ferre mihi licet) eo minus firmum ratiocinationi praebent fundamentum, quod corrupta sunt et interpolata, neque Huschkii interpretatio satis convenit cum obligationis illius Ferentinatis clausula *et in avit(um) r(ei) p(ublicae) reddid(it).* Denique quod in eadem impositum est vectigal semissium (6 % in annum) cum apud Plinium epist. 7, 18 redeat, illam ad similem agri obligationem pertinere veri est simillimum.

[1]) n. CXLVI v. 11 *Iulias* admitti omnino non potest, cum duumviratus ille desinat in 30 Iun. 58.

Caecilium Iucundum usque ad annum 57 coactorem argentarium auctiones exercuisse, sed inde ab anno 53 in coloniae vectigalibus operam suam collocasse, omisso fortasse ultimis annis (58—62) illo negotio, tabellae ceratae docent. Haec negotia cum pertinuerint ad avitum fundi Audiani, ad fullonicas, ad pascua, probabile est vectigalia coloniae eum conduxisse exigenda, id quod bene convenit cum hominis argentarii occupationibus. Quare fundum, fullonicas, pascua administranda ipsa eum exercuisse et curas suas in tam diversa negotia distraxisse (quamquam fieri id potuisse minime abnuerim), minus est veri simile nec ullum eius rei indicium in apochis exstat.

Hi libelli n. CXXXVIII—CLIII, qui coloniae de vectigalibus apochas continent, chirographarii sunt utroque omnes exemplo. Ab formula *A persoluta habere se dixit*, i. e. acceptilatione, id genus plane abstinet, sed altera *B scripsi me accepisse*, semel adeo hoc *accepi* (n. CXXXVIII 6, quae est apocharum municipalium antiquissima) utitur. Cuius rei hae videntur causae fuisse, quod servus acceptum ferre non poterat et quod ad chirographa non opus erat (vide infra p. 432) signatores septem pluresve adhibere, sed eius modi apochas praeter servum apocharium et unum ambove duumviros ad summum bini viri obsignabant, quin etiam extra ordinem (n. CXLVIII) praeter servum nemo. — Instrumentum appellatum est

> *chirograpum Privati* 1. in exteriore scriptura n. CXLII 21 CXLIII 22, 2. in summario n. CXLI 1 CXLIII 26 CXLIV 3, 3. in margine n. CXLVIII 1;
>
> *solutio* 1. in exteriore scriptura *solutio re[i] publ(icae)* n. CXLII 19, 2. in summario *solutio Privato* CXLII 26 CXLV 32 CXLVI *18 (*solutio ......*), 3. in marginis rubrica *solutio ......* n. CLI 1.

Vocabulum *perscriptio* quod ad hoc genus adhibitum est numquam, fortasse casui tribuendum est aut ei causae, quod eius notio erat generalis, ut utrumque apochae genus significaret.

Apocharius in omnibus est servus coloniae, sicut ipse se appellavit (vide exempla infra suo loco composita), sive 'publicus', quo n. CLIII in signatorum elencho ab Iucundo significatus est. Servum actorem esse et per se est probabile et constitutio Alexandri infra memorata docet. Is erat anno 53 Secundus (n. CXXXVIII) — mox manumissus? (cf. ad CXXXIX 10) —, postea Privatus: a. 55 (n. CXLVIII), a. 58 (n. CXLI. CXLII. CXLV. CXLVI), a. 59 (n. CXLIII. CXLVII), a. 60 (n. CXLIV), a. 62 (n. CLI); eiusdem Privati apochae CXXXIX et CLIII anni nota nunc carent, in mutilis his n. CXLIX (1 Iul. 56/57). CL (a. 58). CLII (61/62?) apocharii nomen periit, quod tamen Privati fuisse cum per se probabile sit, in n. CL ac fortasse n. CLII ex manu agnosci certo potest; in n. CXL neque annus neque nomen superstes est. Servus certe authenticam i. e. interiorem scripturam ipse exaravit, unde in paginis 2 et 3 horum n. CXLI—CXLVIII. CL. CLI. (CLII?) eadem, videlicet Privati manus agnoscitur, item ab Secundo, cuius unica exstat apocha in diptycho n. CXXXVIII scripta, interius exemplar exaratum esse putandum est. Etiam exteriora exemplaria haec atramento scripta diptychorum n. CXXXVIII et CXXXIX et graphio scripta triptychorum n. CXLI. CXLV. CXLVI. CXLVII. (CLI?) servo ipsi (n. CXLVI, ut videtur) eiusve vicario (n. CXLI. CXLV. CXLVII, ut videtur, quae fugienti manu exarata sunt) tribuenda sunt. Reliqua Iucundus eiusve amanuensis videtur scripsisse: 1. signatorum elenchos vel graphio (n. CXLI. CXLII. CXLIII. CXLV. CXLVII) vel atramento (n. CXXXVIII. CXXXIX. CXLVIII. CLIII) vel graphio et atramento (n. CLI) exaratos, 2. summaria, 3. marginis rubricas, praeterea 4. exteriora exemplaria n. CXLII p. 5 et CXLIII p. 5 (in summarii modum concepta). Inde est quod in summario n. CXLV 35 ipse de se *debuera(m)* dixit. In pagina 4 n. CXLIV quod atramento inchoatum est summarium, diversam a ceteris prodit manum.

Ad apochas a servo actore nomine municipiorum coloniarumve factas pertinet rescriptum imp. Alexandri ad quattuorviros et decuriones Fabrateriae in Codice Iustin. XI 40 [39] 'de solutionibus et liberationibus debitorum civitatis', cuius verba sunt haec (vide Mommsenum p. 116): *Cautiones servorum publicorum ita demum firmam securitatem debitoribus praestant, si curatorum adsignantium vel eorum quibus exigendi ius est auctoritate subnixae sunt. Cum autem is qui exsolvisse dicitur solam scripturam actoris suscipientis pecuniam promet, ea tantum defensio consuevit admitti, si quod exsolutum est rationi rei publicae profecisse doceatur. Sane curator vester, si fraude servi constiterit effectum ut interciperentur* [*a curatore* add. codices, delevit Mommsenus] *illatae a debitoribus quantitates, de peculio eius quod eo modo deest restituet.* Idem iam pridem constitutum de ea re fuisse tabellae quoque Pompeianae docent, quippe quae hunc ipsum modum sequantur. Actor pecuniam coloniae debitam suscipit, apocham scribit instrumentumque obsignat, sed iussu duumvirorum[1]) et ita, ut etiam duumvirorum alter ambove in pagina quarta signum suum imprimant. Singula de signandi modis in his coloniae apochis observatis cum infra cap. V et VI composita sint, hoc loco commemorasse satis est haec quae sequuntur. Si duumviri propter absentiam aliamve ob causam adsignare non poterant, Iucundo licuit, nisi maluit recusare solutionem debitam, apochae scriptionem differre (id quod fecisse Iucundum testis est apocha n. CXLII scripta 14 Aug., cum pecunia soluta esset 14 Iul. eiusdem anni)[2]) aut contentus esse ad tempus potuit apocha servi solius ea condicione, ut in eius locum altera secundum legem munita sibi redderetur; huc referendus videtur esse libellus n. CXLVIII, in quo Privatum solum obsignasse probabilius nunc duco, quam duumviri nomina prorsus periisse.

Coloniam Pompeianorum quaestura caruisse, quod ex silentio titulorum conclusum erat, confirmatum est his apochis (cf. Mommsenus vol. X p. 93). Immo universa aerarii cura penes duoviros i. d. erat[3]): ii pecuniam rei publicae suscipiebant et erogandam decernebant, eorundemque erat 'exigendi ius', ut rescripto allato dictum est. Itaque ambos alterumve eorum his instrumentis adsignasse consentaneum est.

Vectigalia Pompeis quoque quin in lustrum locata fuerint dubium esse nequit. Annus primus vectigalis tam fullonicarum quam pascuorum cum incipiat ab 1 Iul. 56, quinquennium desiit 30 Iun. 61. Atqui vectigalium locatorum annum congruere cum duumviratus anno inde patet, quod n. CXLIII annus Veranii Hypsaei et Albucii Iusti d. v. i. d. est annus vectigalis tertius et n. CXLV annus Modesti et Vibii Secundi d. v. i. d. est annus pascuorum primus. Quod igitur Petra Pompeiis sicut Venusiae magistratuum anno kalendas Iulias principium fuisse coniecerat tabellis ceratis iam plane confirmatum est (cf. Mommsenus p. 121). Primus lustri annus cum esset ab 1 Iul. 56 ad 30 Iun. 57, praecedenti 55/56 duumviri i. d. quinquennales fuerint necesse est, qui vectigalia in proximos annos quinque locaverunt. Quocum plane consentit, quod annis 25/26 et 40/41 et 50/51 quinquennalitatem tituli vol. X n. 896 et 904 et apocha n. CXLVIII testantur; vide Mommsenum *Hermes* XII p. 123 et Corp. vol. X p. 92.

Novum praeterea praefecti iure dicundo genus innotuit libello n. CXLIV scripto 8 Mai. 60:

> *N. Sandelio Messio Balbo, P. Vedio Sirico duomviris iure dic., Sex. Pompeio Proculo praef. i. d.,*

quocum conferendus est libellus n. CXLIII scriptus 10 Iul. 59, in quo haec habentur:

> *Cn. Pompeio Grospho, Cn. Pompeio Grospho Gaviano* (cf. v. 1. 2. 11) vel *duobus Grosphis* (v. 20 et 29).

Sex. Pompeius Proculus nec erat praefectus pro duoviro ob magistratum vacantem nec praefectus imperatoris duoviri vicem agens, sed, ut Mommseni vol. X p. 92 verbis utar, duoviris iure dicundo ita adiunctus et quodammodo praefectus erat ut Romae consulibus dictator. Itaque duoviris anni 59/60 successores dati erant adiuncto praefecto i. d.; cuius mutationis causam fuisse contentionem, quam anno 59 Pompeianis cum Nucerinis intercessisse Tacitus ann. XIV 17 (cf. hoc vol. n. 1293) testatur,

[1]) n. CXXXVIII 10 *iussu Caltili Iusti et Helvi Procu[li]*, n. CXLVI 3 *iussu Pompei Proculi* itemque v. 15 [*iussu Po*]*m*[*p*]*ei Proculi*; n. CL 9 [*iu*]*ssu* [*L. Albuci et L.*] *Verani II vir. i. d.* additum est, ab reliquis clausula ea abest.

[2]) n. CXLVII prior summae pars (HS 1000) 6 Iun., posterior (HS 1675) 18 Iun. soluta est; sed de illa pensione non dubium est quin apocha iam ante hanc n. CXLVII perscripta fuerit.

[3]) programma infra edendum, quo de duumviratus candidato praedicatur *hic aerarium conservabit*, quatenus huc referri liceat, dixi Ephem. epigr. I n. 163 p. 53.

recte coniecit Fiorellius apud Petram p. 17; vide Mommsenum *Hermes* XII p. 125. — In libello mutilo n. CXXXIX 6 ..... *praef. i. d.* servata sunt et sic legenda videntur esse; sed is cuius generis praefectus i. d. fuerit cuique anno tribuendus sit, incerta relinquuntur.

In apochis coloniae consentaneum est ad annum indicandum summos eius magistratus eponymos ipso principio memoratos esse, quem locum in chirographis reliquis consules obtinent; hi vero non omissi, sed in fine tamen subiecti sunt.

Tam duoviros quam praefectos i. d., quorum in tabellis ceratis mentio est facta, elencho subiecto composui. In eo anni diesque nude positi ii sunt, quibus apocha conscripta est vel certe (ex. gr. 58/59) ii, quos tabellae testantur; annus aliunde notus uncis < > inclusus est.

Duoviri iure dicundo.

53 Mart. 14
- [Q. C]oelio Caltilio Iusto L. Helvio Blaesio Proculo II vir. iur. [d.] n. CXXXVIII 1
- Q. Coelio [Cal]tilio Iusto L. Hel[vio Blaesio] Proculo II vir. i. d. CXXXVIII 18
- iussu Caltili Iusti et Helvi Procu[li] CXXXVIII 10
- L. Helvi Blaesi (*signum*) CXXXVIII 24
- Q. Coeli Iust[i] (*signum*) CXXXVIII 25

55 Dec. 6
- [Cn. Alleio Nigidio] Maio .... o d. i. d. [quinq.] CXLVIII 15
- [Cn. Alleio Nigidio Maio] .... [o d. i. d.] quinq. CXLVIII 5

<56/57>
- annus Modesti et Vibi Secundi II vir. i. d. CXLV 10. 27
- .... C. Vibio Sec(undo) [II] vir. i. d. CXLIX 1

De anno cf. vol. X p. 91. An ad eundem pertineat: anno .... undi CLII 3, *incertum est*

58 Ianuar. 5
- C. Cornelio Macro Sex. [Pompeio] Proculo duumviris i. d. CXLV 1
- C. Cornelio Macro Sex. Pom(peio) Procu[lo] d. i. d. CXLV 21
- duumviris Pompeio et Cornelio CXLV 34
- Sex. Pomp(ei) Procul(i) (*signum*) CXLV 16

58 Febr. 19
- Sex. Pompeio Proculo C. Cornelio Macro II vir. i. d. CXLI 5
- Sex. Pompe(i)o Proculo C. Cornelio Macro d. i. d. CXLI 23
- Sex. Pompe(i) Procul(i) (*signum*) CXLI 19
- Sex. Pomp(ei) P[rocul(i)] (*signum*) CXLI 20

58 [Iun. 6–12?]
- Sex. Pompeio Proculo C. Corne[l]io Macro duumviris i. d. CXLVI 9
- iussu Pompei Proculi CXLVI 3. 15
- Sex. Po[mpei Procul]i (*signum*) CXLVI 7. — *Cf. de hoc homine ad a. 60*

58/59
- dur[a]tu (*sic*) L. Albuci Iusti et L. Verani ..... CXLII 23 (a. 58 Aug. 14)
- annus L. Verani Hupsaei et Albuci Iusti d. v. i. d. CXLIII 11

58 Aug. 14
- L. Albucio Iusto L. Veranio Hypsaeo duumviris iur. dic. CXLII 1
- L. Veranio Hupsaeo L. Albucio Iusto d. v. i. d. CXLII 28
- L. Albuci Iusti (*signum*) CXLII 14
- L. Vera(ni) Phile. (*signum*) — *idemne atque L. Veranius Hypsaeus?* — CXLII 16

58 Sept.—Dec.
- [L. Veranio Hyp]saeo L. Albuc[io] duumviris i. d. CL 1
- [iu]ssu [L. Albuci et L.] Verani [II] vir. i. d. CL 10

59 Iun. 18
- L. Veranio Hupsaeo L. Albucio Iusto duumviris iure dic. CXLVII 1
- L. Veranio Hupsao (*sic*) L. Albucio Ius[to] d. i. d. CXLVII 20
- L. Verani Hypsaei (*signum*) CXLVII 16
- L. Albuci Iusti (*signum*) CXLVII 18

59 Iul. 10
- Cn. Pompeio Grospho Grospho Pompeio Gaviano (*sic pro* Cn. Pompeio Grospho, Cn. Pompeio Grospho Gaviano) II vir. iur. dic. CXLIII 1
- duobus Grosphis (Grospis 29) d. i. d. CXLIII 20. 29
- Cn. Pomp. Gropi (*sic*) Gav(iani) (*signum*) CXLIII 16.

Cf. n. CXLV 17: Cn. Pompei Gaviani.

60 Mai. 8
- N. Sande[lio] Messio Balbo P. Vedio Sirico duumviris iure dic. Sex. Pompeio Proculo [p]raef. i. d. CXLIV 6–8
- N. Sandelió Messió Balbó P. Vedió Siricó (*reliqua desiderantur*) CXLIV 18

62 Ianuar.
- L. C(*aut* G) ..... o [T]i. C[laudio V]ero [d.] i. d. CLI 1
- L. .... [Ti.] Cla[udio Vero II vir. i. d.] CLI 19
- Ti. Claudi Veri (*signum*) CLI 16

61/62(?) . . Claud[ius Verus?] CLII 4

..	....	M. Licini Romani (*signum*) CLIII 8	*num duoviri fuerint,*
..	....	D. L[u]c[re]ti Val[entis] (*signum*) CXXXIX 8	*incertum est.*

Praefectus i. d.

60	Mai. 8	Sex. Pompeio Proculo [p]raef. i. d. CXLIV 8. — *Cf. supra inter duoviros a. 58 et 60*	
..	....	. . . . praef. i. d. (?) CXXXIX 6.	

V. DE VARIIS OBSIGNANDI RATIONIBVS ET DE SIGNATORIBVS.

Ex usu Romanorum iam in diplomatis militaribus, tabellis Dacicis aliisque observato scriptura interior eo claudebatur et contra fraudes muniebatur, ut linum circum tabellas primam et secundam volutum et marginum incisuris vel postea (v. Praefationem) foraminibus insertum in pagina quarta, in qua eius lini capita concurrebant, obsignaretur ab testibus vel certe a partibus ambabus alterave earum sola. Unicuique sigillo adscribebant nomina obsignantis casu genetivo, ut cuius esset sciretur.

Filorum reliquiae supersunt in libellis n. VI. XL. XLIX. L. LXXXIV. XCI. XCII. CII. CXII. CXLVIII; in XCII filum duplex est, quadruplex exstare videtur in n. XL ac fortasse in n. XLIX. Senatus consultum Neronis temporibus factum, quo hae tabellae fere omnes antiquiores sunt, praescripsit linum triplex (v. Praefationem); qui tamen numerus fieri potest, ut is fuerit, quo minimo uti liceret. Nodi particula superstes est in n. XCII.

Sigillorum ceras consentaneum est in his tabellis omnibus periisse; in paucis (ex. gr. n. VI. LXII. XCVIII. CXLIII. CXLIV. CXLV. CXLVIII. CLII) maculae separatae restant, ut loci et numerus sigillorum agnosci clare possint, in plerisque omnium cerae liquefactae ita confluxerunt, ut maculam magnam efficerent, quae etiam paginam quintam saepe occupavit scripturamque eius obtexit (cf. imagines n. VII. XVII. XXVII. XXX. XXXII. L).

Signatorum nomina in Pompeianis libellis vel atramento vel graphio plerumque in dextra columna sola exarata sunt ita ut sinistra triptychorum columna, in qua Dacici libelli exemplum exterius inchoant in quinta pagina continuatum, vacua sit relicta. A quo usu pauci recedunt his modis:

1. signatorum terna binave nomina ambas columnas occupant, ita ut cognomen solum in dextra exhibeatur, in n. XVII. XL. XLVI. CXLI. CXLII. CXLIII. CXLV. CXLVI. CXLVII (graphio), n. XCVII (atramento).
2. in sinistra columna scripturam interiorem formulae *A* repetiverunt triptycha n. II. V. XLIX, quae exteriorem tamen in quinta pagina quin exhibuerint dubitari non potest. Etiam Auctarii nostri triptycha n. CLIV et CLV in eadem columna sinistra interius exemplar repetitum inchoant, finiunt tamen in pagina 1; nam ea et ipsa in pag. 5 deperdita exterius exhibuisse non minus probabile est. — In n. CXLIV interius exemplar formulae *B* inchoatum est in columna sinistra paginae 4; exterius, quod haud dubie et ipsum fuerat formulae *B*, periit.

Longe plurimi libellorum nomina signatorum atramento in ligno nudo scripta exhibent, pauci graphio exarata in area marginata et cerata, qui sunt hi:

1. in columna dextra sola: n. X. XI. XV. *XXI. *XXIV. *XXIX. XXXIX. LVII. *LVIII (quos asterisco signavi, hanc columnam solam habent excavatam, inceratam, margine marginibusve munitam).
2. in ambabus columnis: n. XVII. XL. XLVI. CXLI. CXLII. CXLIII. CXLV. CXLVI. CXLVII.

In nonnullis libellis signatorum nomina omnia vel ex parte et atramento et graphio in ligno nudo exarata sunt:

n. V	graphio 6,	atramento 8	signatores
n. VI	„ 2,	„ 4	(1 = 4)
n. VII	graphio 7,	atramento 9	(inter n. 3 et 4 idem fortasse graphio est indicatus, qui atramento exhibetur loco ultimo)
n. XXXI	„ 9,	„ 9	
n. XXXVIII	„ 4,	„ 9	
n. LXXXI	„ 1,	„ 9	(nomen graphio scriptum nominativo casu non iteratum est atramento)
n. CLI	„ 3,	„ 5	(1 = 5 ut vid.)

In horum plerisque signatores fere singulis nominibus fugienti manu breviter indicati sunt, in uno solo n. CLI bina vel terna hominum nomina accurate exarata et nunc quidem lectu faciliora habentur. Utra scriptura sit prior, ex litteris ipsis, quae est tabellarum condicio, certo nunc discerni nequit; sed quae graphio exarata sunt, non postea demum addita esse, ut visum est Petrae (ad n. 4. 25. 112. 114 secundum ipsius ordinem), ex his patere mihi videtur, quae sequuntur. Ac primum quidem eae columnae cum nec marginatae nec ceratae sint, ad hoc praeparatae sunt, ut calamo, non graphio inscriberentur. Deinde graphio, ut dixi, fere semper pars tantum nominum exhibetur eaque nomina breviter fugienti manu indicata, atramento autem plene perscripta sunt scriptura accurata. Rem decidunt libelli n. VI et CLI. In iis enim servus apochans, qui primo et ultimo loco obsignavit, non est graphio indicatus, sed medii signatores soli, videlicet quia servum per se constabat illis locis obsignare, quippe qui illi sollemnes essent. Quae cum ita sint, statuendum est graphio quaedam nomina praenotata esse, priusquam integer elenchus a tabellione in mundum reciperetur, id quod utile esse potuit propterea, quod quidam signatores propere abierunt vel tabellio opera sua statim fungi non potuit vel ob alias causas. In n. LXXXI quid sibi velit nomen *Venerius* interpositum, divinari nequit; ex signatoribus eum non fuisse arguere videtur nominativus casus. In n. VII Iunius (qui esse apocharius ipse videtur) fortasse alio loco signavit (v. 23), quam quo graphio praenotatus erat (v. 17). In eadem pagina tabellio errorem suum correxit, quo sigillum alteri homini tribuerat; altera eius generis emendatio habetur in n. LXXIV.

Signatorum elenchos atramento scriptos variis tabellionibus tribuendos esse characterum diversitas arguit, idemque observari licet in iis, qui graphio sunt exarata. Sed singulos quosque elenchos ab eodem homine integros in mundum receptos esse apparet, excepto uno n. LVIII, in quo creditor non solum instrumenti chirographum, sed etiam (ut in tab. Dacica vol. III p. 935 'Titius Primitius') nomina sua ipse videtur conscripsisse. Huc pertinent verba Ulpiani Dig. XXVIII 1, 22 § 4: *Si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, verumtamen signaverit, pro eo est, atque si adhibitus non esset: et si, ut multi faciunt, adscripserit se, non tamen signaverit, adhuc idem dicemus.* Ubi consentaneum est *adscripserit* usu noto ita intellegendum esse, ut etiam ea, quae quis ab alio adscribenda curaverit, comprehendantur.

Maioris momenti est cognoscere, quam multi in variis libellis signaverint, deinde quatenus praeter testes etiam partes ipsae inter signatores occurrant, denique qualis in hac re inter duo genera $A + B$ et $B + B$ intercedat differentia. Ad has res explicandas elenchos subieci, quibus eae brevi in conspectu positae sunt.

N. Festi Ampliati tempus Mazois circumscribere conatus est argumento usus fallaci; nam quod teste Plinio Claudii principatu inventum est leones sago obiecto domare, hoc nihil commune habet cum certamine illo in anaglyphis repraesentato. Scauri monumentum cum inter ea quae in hac parte viae q. d. sepulcrorum extant neque ex antiquissimis sit neque e recentissimis (Overbeck *Pompeji*[4] p. 412 ss.), Claudii vel Neronis aetate factum esse credi potest. Scaurus autem filius cum sit mortuus iuvenis et a patre sepultus, Ampliati munus, cui ille de suo aliquid addidisse videtur, non multo ante eius mortem editum esse probabile est.

Pag. 71 col. 2 post versum 19 adde: *Grospho s(alutem)*, 1178. Cn. Pompeius Grosphus et Cn. Pompeius Grosphus Gavianus duumviri erant anno 59; vide tab. cer. n. CXLIII.

N. 1180. Extabat in muro postscaenii theatri minoris (non maioris) aut in eo qui huic ex adverso est. Ceterum vide supra ad p. 70. — *Dedicationem arae* Fiorelli *Descr.* p. 263 refert ad aram aedificii in fori latere orientali positi quod ego (*Röm. Mitth.* XI, 1896, p. 285) templum Larum publicorum esse credo. Sed hoc incertissimum est.

N. 1181. Vd. supra ad p. 70.

N. 1182 v. 1. Ad *die summo* cf. Pollio apud Cic. ep. fam. X 32, 2: *summo ludorum die*.

N. 1187. Antiquius esse hoc programma et litterarum formae et multi earum nexus indicant. Est plane simile n. 3881. Haud dubie igitur v. 2 supplendum [*Q. Monni*] *Rufi*, et deinde legendum NOLA.

AD TITVLOS GRAPHIO INSCRIPTOS.

N. 1227. Ad explendum hexametrum Buecheler Anth. n. 928 proponit: *Venimus hoc [vivi, iam festin]o magis ire*, vel *[volo si] vivo*.

N. 1237. V. 2 senarium et dimidium esse vidit Buecheler Anth. n. 32, qui confert Sen. Tro. 209.

N. 1254.

IVCVND HIIRMIIROS
OMNIVM

sic habet in schedis Wordsworth.

N. 1280. Cf. n. 81*.

N. 1291. Ad viam Labicanam in coemeterio ss. Petri et Marcellini quattuor picturae extant cenam repraesentantes inscriptae in hunc modum: *Irene da calda. Agape misce mi. — Agape misce nobis. Irene porge calda. — Agape da calda. Irene misce. — Agape porge calda. Irene misce.* De Rossi, *Bull. di archeol. crist.* 1882 p. 113 ss. tabb. III—VI.

N. 1322. Vide ad n. 3034*c*.

N. 1375—1389 inter quintum et sextum ostium a viculo Mercurii (nunc n. 15 et 16).

N. 1375. Descripsi anno 1896 denuo detectam.
V. 4 CV^{N}NERICI, nomen proprium fictum ad exemplum Abinnerici, Soterici similium; utrumque S alienum est.
V. 5—7 alia manu scripti sunt.

N. 1380. Descripsi anno 1896. V. 3 QVIQVISTII QVISTII.

N. 1383. V. 1 extr. sic descripsi anno 1896:

Alcidemo?

N. 1387. TIMIILII ARtIS. Sic descripsi 1896.

N. 1388*a*. Descripsi 1896. Certissima est Mommseni lectio EXTALIOSA.

N. 1390. 1391 ad dextram sexti ostii, nunc n. 16.

N. 1457*a* lin. 3 pro „Tab. — apographo" scribe „Descripsi".

N. 1474. Cf. Suet. Ner. 30: *Menecraten citharoedum et Spiculum myrmillonem triumphalium virorum patrimoniis aedibusque donavit.* Eiusdem Spiculi meminit Plutarchus Galba 8. — Inscriptionem ex Garruccio repetivit Deville, *Hist. de l'art. de la verrerie dans l'antiquité* (Paris 1873) pag. 4 tab. L, *Ner(onianus)* male *mir(millo)* explicans.

N. 1478*a*. Tab. XXX 8 ex Zangemeisteri apographo.

N. 1517. Buecheler Anth. ad n. 955 sic restituit:

hic [ego] nunc futue formosam fo[rt]e puellam
morbus qu[oi ta]lis form[o]sam facie[m.

In fine Buechelero fuisse videtur *dedecorat faciem*; sed hoc e Zangemeisteri apographo expiscari non possum.

N. 1544. Nomen prioris consulis AFRINO recte legit Mommsen teste Borghesio *Bull. d. Inst.* 1849 p. 24 = Opp. VIII p. 150. Est M. Annius Afrinus (Ἀφρεῖνος) qui iam aliis titulis innotuit; cf. Dittenberger Ephem. epigr. I p. 241 et Klebs *Prosopogr. rom.* I p. 62. Annus consulatus ignoratur. Z.

N. 1552—56 scriptae sunt in tectorio non rudi sed picto tertio qui dicitur stilo; Mau *Gesch. d. decor. Wandmalerei in Pompeji* p. 424.

N. 1554. Consulum nomina fuisse M COCCEIO VIBIO RVFINO coniecit Asbach *Histor. Unters. A. Schäfer gewidmet* 1882 p. 194. C. Vibius Rufinus annis 43—45 erat legatus Aug. pro pr. exercitus Germ. inf. (Zangemeister *Westd. Zeitschr.* XI p. 313). Sed ductus haec nomina non admittunt. Z.

N. 1555 *capratinas*. Item scriptum est καπρατῖναι (vel—ίναι) apud Plutarchum Romul. 29, Num. 2, Camill. 33. Z.

N. 1567 (cum Add. p. 208). Vide ad n. 874.

N. 1592*a* Noviciam esse, postquam inspexi, dixi in Add. p. 209. Idem postea Brizio *Bull. d. Inst.* 1872 p. 11 primus observasse sibi visus est, notatus ab Henzeno ibid. p. 160. Z.

N. 1595. Ed. Buecheler Anth. n. 927, citans ad *si forte notasti* Ovidium her. 20, 205.

N. 1597 v. 1 altera littera non dubium quin O sit. Z.

N. 1618 v. 2. 3 *prolipo* (= προλείπω) *pen(ates) inma(turus)* supplevit Wordsworth *Academy* 1871 p. 444.

N. 1622 = vol. X n. 871; n. 2307 = vol. X n. 870*b*. Cf. Nissen *Pompei. Stud.* p. 529. 570.

N. 1645. Ed. Buecheler Anth. n. 953, citans ad *violare puellam* Tibullum I 6, 51.

N. 1649. „Dignum elegorum poeta carmen, modo verbum metro contrarium (debuit *iurgabit*) neque ad sententiam luculentum sustuleris, melius opinor *custodit* vel *diducit* (Propert. II 7, 3)". Buecheler l. c. n. 944.

N. 1679. V. 1 *castrese* (casum vocativum) intellegere voluit Corssen *Aussprache*[2] II p. 239. 3 *deos tu[c]astresit* corrigendum esse censuit Iulius Hoepken De theatro attico, Bonnae 1884, p. 35 (sent. controv. III), male.

11 *quadtus* (pro *quattus*) esse τετρασσάριον voluit Buecheler *Archiv für Lexikogr.* I (1884) p. 102. Mihi *quadtus* (littera *d* tamen minus certa) sive *qua[t]tus* videtur dictum esse pro *quattuor*; eadem forma QVATTVS extat in inscriptione scariphata in Palatino (a me descripta, non recte lecta a L. Correra, *Bull. comun. di Roma* 1895 p. 196 n. 261) et in titulo Hispaniae christiano anni 566 (apud Huebnerum n. 22). Z.
9—11 hexametrum sic perfici potuisse: *binis meliora dabuntur* observat Buecheler Anth. n. 931.

N. 1695. *M. Epidi Paguri* habes in tab. cer. n. XXXVII.

N. 1698. *gemma* casu nominativo accipiendum esse monet Buecheler Anth. n. 359, qui *gemma velim fieri* edidit inter commata dactylica. De *hora non(a)* cf. eundem *Rhein. Mus.* XLIX p. 175.

N. 1700. SOPIO et SOPIONIS. Nomen est ioculare, idem significans quod germanicum *zumpe, Zumpt*. Id vocabulum Fridericus Schoell, *Jahrb. f. Philol.* CXXI (1880) p. 488 et 495 sq., recte traditum esse statuit apud Catullum 37, 10 *frontem tabernae sopionibus scribam* (i. e. phallis), idemque restituendum esse in versu Sotadeo (ab Mauricio Haupt *Hermes* I p. 31 detecto apud Sacerdotem art. gramm. I 153 = Keilii Gramm. lat. VI p. 462, 2), ubi male *ropio* editum est; litterae scilicet *r* et *s* in veteri scriptura Bobiensi inter se simillimae sunt. Re vera *s* in codice Vindobonensi extare deinde confirmavit Osthoff, *Beitr. z. Gesch. d. deutschen Spr.* XX (1895) p. 93. Cf. Sonny, *Archiv f. Lexikogr.* X (1895) p. 528. De etymo egit Osthoff l. c. Z.

N. 1714. De titulis similibus cf. De Rossi *Not. d. sc.* 1888 p. 709 ss., Gatti et De Rossi *Bullett. comun.* 1889 p. 356 ss. In hoc peristylio trium porticuum, dextrae, posterioris, sinistrae, parietes longi sunt fere m. 47, passus 32. Has igitur scriptor decies itu reditu perambulasse videtur, vitata anteriore, quae fortasse sole antemeridiano nimis calebat.

N. 1719. Versu 2 per lusum litterae nominum Caesius Blandus alternatae sunt in hunc modum:

c ae s i u s
b l a n d us

Neque aliter fortasse n. 1717 v. 3 explicandus est. Z.

N. 1731. Infra hanc ad sin. inscriptio graeca extabat, quam edidit Curtius Wachsmuth *Rhein. Mus.* XXVII (1862) p. 140.

N. 1744. Item in tabula cerata n. XXXVIII v. 20 *Pope* (pro *Poppaei*) scriptum est.

N. 1751. De captura assium XVI, i. e. denarii, cf. n. 2440 Add. et Dessau *Hermes* XIX p. 517.

N. 1781. Saepius hanc descripsit Wordsworth, sed non expedivit. V. 1 vidit primas litteras ME. Ad v. 2 composui quae in eius apographis extant inter *lectum* et *esse*:

M u
CAMANIIIOMITIBULIRVCM
GAMAN
EAPAAVMME
CAMIPNIV OMETIBVLERVOM
CIAIYIAUAAMETI·SII|IRVGM

Ac primum quidem CAMPVM fuisse certum videtur; et hoc etiam in Zangemeisteri apographo tab. XIII 12 legere mihi videor. Mox quae ibi I'OC videri possunt, *W.* dubitavit num essent OM an ME, sed postremo ME esse sibi persuasit. Haec non permittunt quod Zangemeisteri apographo usus coniecerat, qui hexametros esse vidit, Buecheler Anth. p. 824: *hunc lectum [lapid]um [plumis ae]quom esse put[emus.* Ipse Buecheler, postquam Wordsworthii apographa cum eo communicavi, coniecit: *hunc lectum campum mi(c)tibus servom esse putamus*, quod tamen mihi non persuadet.

N. 1796. Buecheler l. c. n. 941 exempli causa proponit:

Amplexus teneros hac si] quis quaerit in ur[be
expect[at ceras] nulla puella viri.

N. 1811 vide ad n. 1870.

N. 1824. „3. restitue *si valet*. 4. pentametro conveniebat *quidni ego possim illi frangere fuste caput*". Buecheler l. c. n. 947.

N. 1825 (cum Add.). In Wordsworthii schedis duo extant apographa vv. 1. 2, quorum alterum habet EQVITIAFI, alterum EQVITIA EST, ut N coniectura eum addidisse appareat. *Equitia* est in tab. cerata n. XLIII. — V. 4 s. legendum videtur *est suris apertis*; cf. Turpilius (apud Non. p. 236) *apertae surae* et Varro Meleagris (ibid.) *suris apertis*. Z.

N. 1830 (c. Add.). V. 1 PIROSSVS Wordsworth in schedis, non recte R pro K legens. V. 2 sic restituit Buecheler l. c. n. 230: *e[ad]em continet vaporem et eadem v[ell]it mentulam.* — „*Eadem* ablat. per synizesin; *eadem—eadem* Plaut. Bacch. 49, cf. Charis. p. 209; *et* accessit fortasse ut obtegeretur hiatus; minus convenit tabulae ductibus *velat*". Buech. l. c.

N. 1837. De restituendo metro vide Buech. l. c. n. 949. Scilicet v. 1 aut dici poterat *nunc dare si potes* etc., aut *non vis fallax* (vel simile quid), aut *cur mutua gaudia* (Ov. am. III 6, 87); v. 4. 5 invertendum erat: *te sine* aut *sine te quem*. Comparat Buech. Ov. her. III 140: *quam sine te cogis vivere, coge mori*; v. 6: „mors mihi munus erit (ita Ov. tr. I 252); certe boni erit non cruciasse". Buech.

9 *posteac* habetur etiam in edicto Claudii vol. V n. 5050 v. 13.

N. 1840. Principium Wordsworth in schedis sic habet in duobus apographis:

CIVTISE FFILI — IMILIMLAT PELLAT
CIITISE IFILI . . IMIIIMLAT PELLAT
MALFAVDI PFLLAT

Mox idem TERRABAS vel I·ERI·ABAS i. e. FELLABAS, quod omnino recipiendum.

N. 1856. Wordsworth in schedis utramque P cursivam habet. — „Deest velut *nunc alium memoret?*" Buecheler Anth. n. 353.

N. 1858. Duo apographa habet Wordsworth in schedis:

ORUMIINTV M · IS A XIIX
CYRVM · NVM · IS XXX

Ipse descripsi FRVMIINTV M · IS A XIIX i. e. *frumentu(m) m(odius) unus semis a(ssibus) XVIII.* Modius igitur tum temporis duodecim assibus vel tribus sestertiis venibat; cf. Tac. Ann. XV 39.

N. 1860. Joh. Wordsworth *Academy* 1871 p. 444 exhibet ex schedis Christophori patris, qui pleniorem vidit; inde edidi Ephem. epigr. I p. 53 n. 168 (Buecheler Anth. n. 942). Deinde ipsam inscriptionem contuli, in qua vidi v. 1 extr. PVELLAEST scriptum esse. Itaque legendum

Quoi scripsi semel et legit, mea iure puella est.
Quae pretium dixit, non mea sed populi est.

Debebat fortasse scribere: *Quod scripsi simul ac legit* et q. s. In Eph. I p. 54 (= Buecheler l. c. n. 940) contuli distichon quod in montis Palatini parietinis scariphatum descripsi, hoc:

Omnia formonsis cupio donare puellis,
Set mihi de populo nulla puella placet.

Cum Pompeiano illo apte comparavit (testante mihi olim Rudolpho Schoell) Ulricus de Wilamowitz-Moellendorf Martialem II 9. Z.

N. 1863 (cum Add.). *Prehén]de servam: cúm voles, uti licet.* Buecheler Anth. n. 50.

N. 1870; cf. 1811. „Hic *Menedemerumenus* adscripsit homo ridens personam Hautontimorumeni: ergo bis repetitus in muro pompeiano poetae versus. Adsimilis Syri sententia: *necesse est minima maximorum esse initia.*" Buecheler l. c. n. 35.

N. 1877. H. Schenkl *Wiener Studien* 1886 p. 172 zetema ita dissolvit, ut mulier sit οὐσία (pecunia), filius τόκος (fructus); cf. Buecheler l. c. n. 42.

N. 1882. „*accensum* ambiguum, significans ardorem velut irae et officium civile.“ Buecheler l. c. n. 47. Nisi tamen est cognomen. Z.

N. 1884. „*vissit* recte per duas *s*, sic Ambrosianus Plauti rud. 567 *ueisse*; alias *viscere* ex *vissere* ortum“. Buecheler l. c. n. 46.

N. 1886 lin. 4 dele „quinquennalis“.

N. 1897 picta est.

N. 1899 (cum Add.). Buecheler l. c. n. 233. Ad rem conferre licet quae Seneca ep. 27, 5 de Calvisio Sabino narrat. Z.

N. 1901. Cf. *Bull. Inst.* 1875 p. 150.

N. 1902. *De nócte multa c[úm s]urrexit [Mévius*
⏑–⏑ est, non c ʹ. . . proficiscitur
Buecheler Anth. n. 43.

N. 1904 (cum Add.). Ad *pariens* cf. n. 2398 (Add.) *Gangens*, vol. VI n. 1370 *Asprenans* (in titulo qui Augusto non est posterior), Prob. append. p. 197, 25 Keil *Hercules non Herculens*, unde *Herclenti* casu dativo in titulis Brambach n. 315. 366 et *Not. d. sc.* 1891 p. 129, *Nemens* in *Ann. Inst.* 1885 p. 260. Cf. quae dixi *Neue Heidelb. Jahrb.* III p. 3. Z.

N. 1921 v. 3, *ianitor, oro nomine Certe*. Buecheler *Hermes* X p. 6 titulum ab amatore inscriptum ad consuetudinem nuntiandorum adventorum refert.

N. 1928. V. 2 A · PIRIIAM Wordsworth bis in schedis, et ita Buecheler Anth. n. 937.

N. 1939. V. 2, ut et metrum et sententia recte decurrerent, scribi poterat: *Non ideo in manu tenuerunt pro sceptro mutunium*; cf. Buecheler l. c. n. 231.

N. 1941. In principio v. 2 Buecheler l. c. n. 48 in tabula XXIII 11 *cal[ens] adest os* legere sibi videtur. At prima littera non potest esse C.

N. 1943. Filio Aegyptii hominis civi Romano locum dari non potuisse inter selectos iudices ex hoc ipso titulo deducit Mommsen Eph. ep. V p. 13, 2 = Corp. vol. III suppl. p. 1212, *Röm. Gesch.* V p. 562. Aliter Buecheler l. c. n. 40: "cavillatio iudicis cuiusdam iambico more vetere (Cic. de or. II 240. 280) cum ambiguo, ut Leo notavit, si quis iungeret *albo patre*, qui color sane rarior *in Mareotide fusca* (Mart. IV 42, 5)“. Quae interpretatio, arguta sane, hac in re haeret, quod Aegyptii Graeci sunt albi, indigenas autem inter iudices admissos non esse certum est.

N. 1949. Senarium esse, in quo trium syllabarum locum obtinuit Oppi nomen, vidit Buecheler l. c. n. 41.

N. 1959. Lucernam, quam in Add. p. 213 memoravi, edidi *Ann. Inst.* 1870 p. 261, tab. *N*; est quoque in Corp. vol. X n. 8053, 193.

N. 1997. Buecheler l. c. n. 41 senarium putat, in quo primi pedis locum nomen proprium obtinuerit.

N. 2056. *D(ecius) Mus* Brizio *Bull. Inst.* 1872 p. 4. At prima est B certa.

N. 2062. Eandem a Guarinio *Fasti*² p. 189 exhiberi probabiliter coniecit Mommsen vol. X n. 158*a**. (*l. gamio restituto*).

N. 2066. Difficillimi distichi interpretationem temptavit Buecheler Anth. n. 956. Versus 1, quem ex. gr. supplet (*moles*) *multa . . . . [pr]esserit*, hanc fere suspicatur esse sententiam: "cura mihi Veneris nimio cum ferverit aestu“. Ad v. 2, ubi *mancinas*, ut adhuc apud Italos, pro *sinistras* dictum putat, citat Martial. IX 41: *numquam futuis, sed paelice laeva uteris et Veneri servit amica manus.*

N. 2069. *quaeres* non cum potestate futuri sed ex rustica vocalium permutatione dictum monet Buecheler l. c. n. 37.

N. 2082 cf. supra ad 2953.

N. 2083. In vase Lugdunensi scriptum est: *habeas propitium Caesare(m)*; *Rev. épigr.* II p. 326.

N. 2107 (cum Add.) *Aegyptus Gallo suo salutem* (sic enim legendum videtur) fortasse ad Cornelium Gallum, primum Aegypti praefectum, spectat. Z.

N. 2123. *Carita*; cf. Hesych. Καρῖται (sic traditur) ἱππεῖς πειραταὶ Κᾶρες.

N. 2155. Pyrrichus cum Actio etiam in n. 118* coniunctus est. Ad v. 3 *fanatici tres a pulvinar Synethaei* cf. vol. VI n. 490 . . . . *elsinius Capitolinus ex aede Bellonaes pulvinesis fanaticus.* — „Synethus“ (pro „Synetus“) saepius habetur tam in hoc vol. quam in vol. X; „Synhetus“ scriptum est VI 20731. Z.

N. 2183. Ad *uncum* cf. Dio LX 35, 3.

N. 2194. Cf. n. 2389.

N. 2202. Lege BELLIS MORIBVS; cf. graphio scriptas ins. V 1 n. 15, VI 15 n. 1.

N. 2246. „Ancipiti metro; senarius ita fit tersior *dein redii d.*“ Buecheler Anth. ad n. 955. — Ad *domi* cf. Vulg. Tob. 2,20 *ut hoedum . . . detulisset domi*; Kaulen *Handb. d. Vulgata* p. 233.

N. 2262 lin. ult. dele „an est — *Comenius?*“. Z.

N. 2360. V. 3 recte credo interpretatur Buecheler Anth. n. 45, *uerpa(m)* legens. Scilicet *ursi me comedant* i. e. *amor me urat* (n. 1645 collata cum titulis romanis ibi citatis), *uerpa(m comedam)* spectat ad *convivia culi* Martial. II 51.

N. 2374. In Priscilli nomine scriptor de piscillo i. e. pisciculo cogitabat; cf. graphio scriptam ins. VI 13 n. 2.

N. 2387. Alius Columbus murmillo ab Gaio Caesare interfectus est; Suet. Calig. 55. — Idem gladiatoris nomen recurrit in poculis vitreis supra ad n. 538 memoratis. Z.

N. 2400 (cum Add.). Pro ARPOCRA scribe ARPOGRA.

N. 2400*a*. Eiusdem versus reciproci fragmenta esse intellexi quae anno 1896 reperta sunt *dans la sablière de Champ d'Asile près Montoie à Lausanne* in aedificii romani tectorio scariphata haec:

ΔhΜΟΙΔΙΟCΑΓΑΙ
ΤΙ Α ΡΑ COΙΔΙΟΜ

A. de Molin, musei Lousonnensis conservator, exemplum delineatum misit 18 Jul. 1896; idem memoraverat in ephemeride quadam (unde *Antiquitäten-Zeitung* 1896 p. 219). — Diomeden mulierculam esse coniecit Immisch *Rhein. Mus.* 1891 p. 488, parum probabiliter. Z.

N. 2413*i*. Spectatne ad Vedium Ceratum (vd. ad n. 2638)? Z.

N. 2413*k* (cum Add.). VIGINTI CΛPITVM S edidi *Bull. Inst.* 1883 p. 126. At nunc pro certo habeo scriptum esse VIGINTICIPITVM; litterae A quae credebatur linea obliqua aliena est.

N. 2426. Habet in schedis Wordsworth, qui col. 2 v. 2 legit SCXXV, v. 7 LXXV, v. 8 XXV, v. 9 CL.

N. 2427 adnot. lin. 1. Wordsworth in schedis VIVAT.

N. 2437. CALLIIVS Wordsworth in schedis. C · ALLIIIVS vel C · ALLEIVS fuisse credo.

N. 2440. Ad *Geryones trimembres* cf. *bicorpores Gigantes*, *bimembres Centauri*, alia. Ad *aerus* (i. e. *aeris*) cf. Cic. pro Rosc. com. 28: *membra* (Panurgi) *merere per se non amplius poterant duodecim aeris*. Z.

N. 2455. Ad *honoris causa* cf. *Not. d. sc.* 1880 p. 33. — Lin. ult. pro „ipse“ scribe: „ipsi“.

N. 2461 lin. 2 pro „2457“ scribe: “2459“.

N. 2462. Wordsworth in editione omisit quae non intellexerat; extat in eius schedis in hunc modum:

ΔΙΩΨΑΝΤΟϹ
Μ Η ΜΝΙΤΚΝΝΑ

ΑΔΩΝϹ
ΗΛΞΟΔΩΡΟϹ
ΩΤΕΜΗϹ
ΔΙΟΓΕΝΗϹ
ΒΑΥΔΑΝΟϹ
ΛΠΟΛΩΔΩΡΟϹ
ΔΙΟ
ΠΟΛΟΝΙΟϹ
FΠΛΓΑΘΟϹ

N. 2464. lin. 2 a fine pro VIII scribe VIIII.

N. 2483. Cf. Garrucci *Bull. Inst.* 1865 p. 79; Stark *Bonn. Jahrb.* LVIII (1876) p. 44.

N. 2494—2502 = vol. X n. 8349 sqq. Ab hoc vol. IV secludendi sunt, cum sint tituli sepulcrales, id quod olim non recte negavi. Anno 1865 loca illa humo et dumetis obtecta erant, ut accuratius in hanc rem inquirere non possem. Alexandrinorum autem fuisse sepulcretum, id quod Minervinius coniecerat, admitti plane non potest; v. Nissen *Pomp. Stud.* p. 482.

n. 2494 = X 8350	2497 = X 8354	2501 = X 8351
2495 = 8349	2498 = 8355	2502 = 8353
2496 = 8358	2499 = 8352	

Huc pertinent etiam n. 2550, 5—8 = X 8361. 8356. 8359. 8360. Z.

N. 2510. Cf. n. 2266.

N. 2550, 5—4 = vol. X n. 8363. 8356. 8359. 8360; v. supra ad n. 2494.

N. 3034*c*. INCLINABILITER legendum esse monui *Röm. Mitth.* III (1888) p. 148.

N. 3061. *Giorn. d. sc.* 1 p. 92 n. 5, ubi v. 3 est: NVLI MIIRTI · QVANTI QVANTIQII, v. 4 (pro IINI) ITAP.

N. 3062. *Giorn. d. Sc.* l. c. n. 4, addito v. 2 incohato hoc MII. Ad n. 3061 et 3062 cf. Buecheler Anth. n. 1785 p. 824.

N. 3127 scribe IPSA IIGO.

N. 3135. Est Ennianum (Ann. 119 ed. Vahlen). Buecheler l. c. n. 1785.

INSCRIPTIONES POST ABSOLVTVM VOL. IV DETECTAE.

PROGRAMMATA ANTIQVISSIMA.

REG. I INS. 3.

3341 inter n. 22 et 23, litteris magnis evanescentibus.

SEX...

Descripsi.

3342 inter n. 23 et 24 in tectorio rudi; latet sub tectorio recentiore.

...ELISSAEA 0,60

Descripsimus. *Melissaeum.* Cn. Melissaeum Aprum duovirum a. p. C. 3—4 habes X 817. Sed gentem Melissaeorum iam multo ante Pompeis floruisse docet titulus Oscus Zvetaieff 175.

REG. V INS. 1.

3343 inter n. 17 et 18.

C·CoCLEA
FIIIVO

Descripsimus. V. 1 ultima littera Zangemeistero potius D esse videbatur. V. 2 vix potest esse II V B.

3344 inter n. 18 et 19.

M MELI*ssaeum?*
CoCLEIIQL

Descripsimus.

REG. VI INS. 14.

3345 inter n. 37 et 38, litteris maximis in tectorio antiquiore.

M...II V·VB
...

Descripsimus. *M. Mari.* II *v. v. b.*?

3346 ad d. n. 41 in tectorio rudi antiquiore.

M·VI...

Descripsimus.

REG. VII INS. 1.

3347 inter n. 7 et 8.

M·MRI·V·B·O·C·

Descripsi.

3348 inter n. 9 et 10.

D·CLAVDIA

Descripsi.

REG. VII INS. 12.

3349 inter n. 13 et 14 in lapide tofaceo.

M AED · V

Descripsimus. Principium latet sub tectorio recentiore.

3350 inter n. 14 et 15 in lapide tofaceo; comparuit delapso tectorio recentiore; colore et litterarum forma similis n. 34.

gAVI · D · V · V 0,45

Descripsi.

REG. VIII INS. 3.

3351 in portae n. 10 limine superiore, in tectorii stratura subtili quae lapidi tofaceo inducta est; admodum evanida.

. . . . IVM . . . .
. . . . SINIICONA . . . .

Descripsimus. — V. 1 VN et 2 CON ed. Engelmann *Bull. Inst.* 1872 p. 4.

REG. IX INS. 2.

3352 ad sin. n. 17.

L · CAES

De Petra *Giorn. d. sc.* II p. 162 n. 5; inde Zangemeister Ephem. I n. 147. L. Caesium duovirum habes X 819.

LOCORVM INCERTORVM.

3353

OL IVM
HH ID P·C HHH D

Garrucci Sylloge 1682.

3354

C·W·CI

Garrucci Sylloge 1693.

TITVLI PICTI RECENTIORES.

Ubicumque tituli color non indicatur, rubro colore scriptus est. Interdum autem etiam inscriptiones honorarias, maxime antiquiores, nigro colore scriptas fuisse, praesertim in regionis VI insulae 15 latere orientali haud dubie apparuit; igitur hoc suis locis adnotavi. Albo colore scriptae 3358. 3609—3611 a ceteris honorariis etiam litterarum exiguitate et forma neglegentiore differunt; a puero aliquo scriptas esse dicas, praesertim cum extent in murorum partibus inferioribus.

Multum abest ut candidatorum programmata secundum tempora in ordinem redigi possint. Litterarum formae quales variis temporibus in usu fuerint non ita exploratum habemus, ut pro firmo iis fundamento uti liceat. Et interdum ex eiusdem aetatis eiusque antiquioris titulis alii (ex. gr. 3460. 3533. 3561) antiquiorem, alii (3526. 3528. 3816) eam litterarum formam exhibent quae ultimis temporibus in usu fuit. Nonnullos tamen candidatos, praeter enumeratos a Zangemeistero p. 8, et ob litterarum formas et ex aliis indiciis antiquiores esse affirmare licet. Velut e programmatis quibus II vir commendatur Ti. Claudius Verus, unum, 3460, latebat sub titulo posteriore et litteris scriptum est antiquioribus, aliud, 3816, scriptum est ab Aemilio Celere, qui inter annos p. C. 50 et 54 scripsit edictum muneris 3879; Verus autem duumvir erat anno p. C. 61/62 (pag. 428). Porro Veri programmati 3460 haud dubie contemporaneum est 3462 M. Licinii, Faustini scilicet aut Romani, qui 3592 et 3593 coniunctim commendantur litteris hic quoque antiquioribus. Titulus autem 3772, quo solo Statius Receptus II vir commendatur, cum scriptus sit ab eodem Celere, eidem fere tempori adscribendus erit. Programma 3571, quo L. Rusticelius Celer commendatur iterum II vir, anterius est ea tectorii parte, quam post terrae motum anni p. C. 63 factam esse consentaneum est. Huius autem Rusticelii programma 301 eiusdem aetatis est cum programmate 302 M. Pupii (Rufi), cuius in insulae VI 15 latere orientali tria extant programmata, e quibus unum (3561) scriptum est in tectorio antiquiore, aliud (3533) litteris antiquioribus. Hi igitur omnes anno certe 63 anteriores sunt. Alia suis locis adnotabuntur.

REG. I INS. 1.

3355 in tabernae n. 8 pariete sin., sub Larum pictura, inter duos serpentes homini qui ex amphora vinum effundit in dolium adscriptum colore rubro:

HERMES 0,028

Giorn. d. sc. N. S. III p. 50; Fiorelli *Gli scavi di Pompei* p. 107 n. 31, *Descr.* p. 34; Sogliano *Pitture murali* n. 27. Reliquias vidimus; nunc decidit.

REG. I INS. 2.

3356 in aedium n. 6 triclinio quod est in dextro latere peristylii, in pariete adverso pictura extabat, nunc in museum Neapolitanum translata, qua repraesentantur Ulixes et Diomedes Palladium rapientes. Singulis figuris inscriptiones additae sunt colore albo.

1 ad Ulixis figuram: ΟΔΥCCΕΥC
2 ad Diomedis figuram: ΔΙΟΜΗΔΗC
3 ad Helenae figuram: ΕΛΕΝΗ
4 ad Aethrae figuram: ΑΙΘΡΑ
5 ad figuram hominis Phrygia veste induti qui in dextra picturae parte feminam furentem retinet: ΥΠΗΡΕΤΗC
6 ad hanc ipsam feminam, sive illa Palladis sacerdos est sive Cassandra: . . . . . . C . . . . .
7 prope angulum inferiorem ad dextram: M . . . .

Descripsi. Edidit Sogliano *Giorn. d. sc.* II p. 379 ss., *Pitture murali* n. 580. — 5—7 edidi *Bull. Inst.* 1873 p. 241.
5 ΥΠΗΡΕ . . . Sogliano *Giorn.* — 6 . . . . . . IC *Bull.*; sed I incertissima, neque C ultima inscriptionis littera fuisse videtur.

3357 ad sin. n. 18.

PIER 0,05
CA

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 269. V. 2 parum certus; VA?

3358 ad d. n. 19.

Q
M M A Q O M R Q M S

Descripsimus. Litterae altae 0,05—0,1 inter se distant 0,3.

3359 infra 3358 prope terram, colore albo.

Q PoST AED O VF
Q POS⁻ /MIVM PRO
CVLVM
\IID DIIMIITRIVS ROG

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 269; Viola *Scavi* 1873—78 p. 61 n. 4. 5. — 1 POST et OVF Viola.

3360 supra 3358, evanida.

C LOL*liuM* 0,28

Descripsi et edidi l. c. p. 268 n. 18. — Viola l. c. n. 3.
M parum certa, Zangemeistero potius LO videbatur.

3361 ad sin. 3360, colore nigro.

VIII · IDVS · I . . . . . S FVIT 0,025

Descripsimus.

3362 infra 3361 colore nigro.

R
S S
Q R

Descripsi.

3363 inter n. 19 et angulum.

CIPC

Descripsi.

3364 ibidem, colore nigro.

BIIP

Descripsi.

3365 ibidem, colore nigro.

VILIVS

Descripsi.

3366 inter n. 21 et 22.

. . . CEIVM II VIR·OF
. . INI V. . CLIENS ROG

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 268 n. 17; Fiorelli *Descr.* p. 45. Viola *Scavi* 1873—78 p. 61 n. 2.
2 POLLIVS Fiorelli; fuitne *Minius*?

3367 ad sin. n. 21.

L·C·S·BENE·MER
II·VIR·OF HINNVLVS
CVM·PAPILIONE·ROG

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 16; Fiorelli *Descr.* p. 45; Viola l. c. p. 60 n. 1. — 2 OF. Fiorelli.

3368 ad d. n. 23.

SABINVM
ARI ROG

Descripsi et edidi l. c. n. 15; Viola l. c. p. 63 n. 17.
2 *libr*ARI Viola, propter 3376.

3369 ad sin. n. 23.

L·CEIVM . SECVNDV*m* 0,23
II·V·ID . . . . . VNNVS ROG 0,08

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 14; Viola *Scavi* l. c. n. 16.

3370 inter n. 23 et 24.

TERENTIVM 0,09

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 13; Viola l. c. p. 62 n. 15.
VM *Bull.* Viola.

3371 ad sin. 3370.

. . . . . . VIR·OF·D·R·P· 0.09

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 12; Viola l. c. n. 14 cum 3372 coniunxit.

3372 ad sin. 3371.

POSTV/ 0.18

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 11. — POSTVMIVM Viola l. c. n. 14, qui cum 3371 coniunxit.

3373 ad sin. 3372.

MODESTVM AED 0,2

Descripsimus.

3374 ad sin. 3373, ad d. ostii n. 24.

C POSDC 0.5

Descripsi et edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 268 n. 9. In principio nihil deesse potest propter ostium.

3375 supra 3374 colore nigro.

POPIDIVM
IIV OVF

Descripsi et edidi *Bull.* 1874 p. 268 n. 10; Viola *Scavi* p. 62 n. 13.

3376 in cauponae n. 24 atrii pariete posteriore, colore nigro.

C NONIVS · LORICA
P INSTVLEIVS NEDYMVS LIBRARI · QVI ·
L AELIVS · CYDINVS SVNT · HIC · SINE
ACILIVS · CEDRVS APPVLEI · ADIVTOR · ET II

Descripsi anno 1873 recens effossam et edidi l. c. p. 253. — Fiorelli *Descr.* p. 47. Viola l. c. p. 58 n. 30.
In fine quae sequuntur post ET om. Fiorelli et Viola.

3377 in pilae quae est in eiusdem cauponae n. 24 peristylii latere meridionali, ab occidente

HALYPVS 0,1
THEREVS 0,06

Descripsimus. 1 *Halypus* pro *Alypus.*

3378 inter n. 24 et 25.

RVFVM AED
D· I

Descripsi et edidi *Bull.* 1874 p. 267 n. 8; Viola l. c. p. 62 n. 12.

3379 inter n. 28 et 29 in lateribus dealbatis.

0,24 POPIDIVM · AED · ROG POLYBIVS 0.11

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 7; Fiorelli *Descr.* p. 49; Viola l. c. n. 11.

3380 ad sin. n. 29.

0,21 L · C · S · IIV · I · D · 0,12

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 6; Fiorelli *Descr.* p. 49; Viola l. c. n. 10.

3381 ad sin. n. 30.

N · P · R · 0,27
AED · O · V · F 0,10

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 5; Fiorelli *Descr.* p. 36; Viola l. c. n. 9.
2 OF *Bull.* Viola.

3382 ad sin. n. 31 colore nigro.

..... CELSVAED
O · V · F

Descripsi et edidi l. c. n. 4. — Fiorelli *Descr.* p. 36; Viola l. c. p. 61 n. 8.
I · AED dedi Fiorellium secutus; ipse descripsi et edidi M; ita et Viola.

3383 inter n. 31 et 32.

POPIDIVM 0,25

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 3; Fiorelli *Descr.* p. 36. Fuit *Popidium Rufum.*

3384 ad sin. n. 32, prope angulum.

pOLYBIVM AED OF

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 1; Fiorelli *Descr.* p. 36; Viola l. c. n. 6.
AED vidit Zangemeister; qui ediderunt om. omnes. pOLIBIVM Viola. poLYBIVM Fiorelli, qui om. OF.

3385 infra 3384, colore nigro.

POPIDIVM · RVFVM · AED
R N ROGANT

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 2; Fiorelli *Descr.* p. 36; Viola l. c. n. 7.
2. R N om. Fiorelli. — RN Viola.

REG. I INS. 3.

3386 ad d. n. 21, infra 2993*t*, colore albo in tectorio rudi, litteris cursivis.

Descripsimus.

3387 ad sin. n. 22, neglegenter scripta in tectorio rudi.

Descripsimus; dedi ex meo apographo.
Q. P. P. aed ovf rogant vici(ni) fa(cite) rog.?

3388 in aedium n. 30 cellae, quae in atrii latere septentrionali media est pariete dextro, colore rubro in tectorio albo.

Dedi ex meo apographo. — Fiorelli *Descr.* p. 60.
2 PARTISCA ESERNIE Fior. — 4. 5 om. Fior.
XV k augustas | partis Caesernie | [f]uit | I [id?] *iunias | ratu a tu ca[l]uit.*

REG. I INS. 5.

3389 in lateris septentrionalis angulo orientali, colore albo in opere composito.

FORTVNATO
. . . .
. . . .

Descripsimus.

REG. I INSVLA NONDVM EFFOSSA, QVAE TERTIAE AB ORIENTE ADIACET.

3390 ex adverso 2993 dα, colore rubro, litteris parvis neglegenter scripta.

MENECR
ATIIS SINE

Descripsimus.

REG. V INS. 1.

3391 ad sin. n. 13.

0,23 CEIVIVM · II · V · R · I · D 0,12

Descripsimus.
Sic pro CEIVM.

3392 inter n. 13 et 14 in tectorio rudi dealbato.

CASELLIVM · AED · O · V · F

Descripsimus.

3393 supra 3392 in tectorio rudi dealbato.

M · LICINIM · FAVSTINVM AED 0,22

Descripsimus.

3394 supra 3393 colore nigro in tectorio albo.

L · POPIDIVM · SECVNDVM · AED 0,23
OF

Descripsimus.

3395 ibidem superius in tectorio antiquiore.

L · REF 0,11
I I

3396 inter n. 14 et 15, colore nigro in tectorio albo.

CELSVM AED 0,27

Descripsimus.

3397 infra 3396 in tectorio rudi dealbato.

L · CEIVM · SECVNDVM · II · V · 0,14
IA!

Descripsimus.

3398 ad d. n. 15.

CAECILIVM 0,17
. . . .

Descripsimus. — Acta (*Giorn. d. Sc.* III p. 254) 4—7 Oct. 1875 n. 23.

3399 ad d. n. 16.

FAVSTINVM 0,20
AED OF 0,15

Descripsimus. — Acta l. c. n. 22 om. v. 2.

3400 infra 3399.

0,22 POPIDIVM RVFVM 0,13
II VIR · I · D · D · ////// 0,08

Descripsimus. — Acta l. c. n. 21 om. v. 2.

3401 infra 3400 et in eius v. 2 in tectorio rudi.

FAVSTINVM 0,22
AED · OF

Descripsimus. — Acta l. c. n. 20 uno versu.

3402 inter n. 16 et 17 in muro qui meridiem spectat in tectorio rudi dealbato.

CASELLIVM 0,19
ET · CELSVM · AED · O · V · F 0,09

Descripsimus. — Acta l. c. n. 19 uno versu. — CELSINVM AED Acta.

3403 inter n. 17 et 18.

HELVIVM · SABINVM 0,20
AED · PARTHOPE · ROG 0,14
CVM RVFINO 0,11

Descripsimus. Edidi *Bull. Inst.* 1876 p. 234. — Acta l. c. n. 17; Viola *Scavi* 1873—78 p. 66 n. 72.
2 AED PATHOPE Viola.

3404 infra 3403.

ALBVCIVM V · B · OF / AED

Descripsimus. — Acta l. c. n. 18 uno versu.

3405 ad d. n. 18 colore albo in tectorio nigro.

L N F 0,22
C

Descripsimus.

3406 in aedium n. 18 exedrae quae est ad sinistram tablini pariete d., nunc Neapoli in museo. Pictus est canis albus cui adscriptum colore albo.

A · SYNCLETVS

Descripsi et edidi *Bull. Inst.* 1877 p. 30. — *Not. d. sc.* 1876 p. 13.

3407 in aedium n. 18 cubiculo quod est in peristylii latere sin. ultimum, adscriptae colore albo picturis factis secundo qui dicitur stilo, i. e. primis Augusti annis non posterioribus.

1 in pariete sin. in pictura Amoris qui arbitra Venere cum Pane luctatur

ΟΘΡΑCΥ.ΑΝΘΕCΤΑΚΕΝΕΡWCIW ...
ΧΑΚΥ..ΡΙCWΙΔΕΙΝΕΙΤΙCΤΙΝΑΙ..WI..C ΛCI
..ΥΡΟCΜΕΝΟΠΑΝΚΑΙΚΑΡΤΕΡΟCΑΛΛΑ ΊΑΝΟΥΡΓΟC
. . ΙΑΝΟCΚΑΙΕΡWCΟΙΧΕΤΑΙΑΔΥΝΑΜΙC

2 in parietis qui intranti adversus est parte sin. in pictura piscatoris, venatoris, aucupis Pani retia dedicantium

οἱ τρισσοί τοι ταῦτα τὰ δίκτυα θῆκαν ὅμαιμοι
ἀγρότα πάν, ἄλλης ἄλλΟς ἀπ' ἀγρεσίης·
ὧν ἀπὸ μὲν πτανῶν πίγρης τάδε. ταῦτα δὲ Δᾶμις
ΤετραπόΔων. κλείτωρ δ' ὁ τρίτος εἰναλίων.
Ανθ' ὧν τWμὲν πέμπε δι' ἠέρος εὔστοχον ἄγρην,
ΤWΔΕΔΙα ὀρυμῶν, τῷ δὲ δι' ἠιόνων.

3—5 in eiusdem parietis parte media, in pictura Homeri cui piscatores notum illud aenigma proponunt.

3 Homero adscriptum

ΟΜΗΡΟC

4 piscatoribus adscriptum

ΑΛΕΙC

5 inferius

ΜΕΝ . ΙΠΟΜΕCΘΑ ΟCCΟΥΚC ΛC . ΕΝ
' . Ρ Ͻ . ΕCΘΑ

6 in eiusdem parietis parte dextra, in pictura capri vitem rodentis, mox ad sacrificium ducti

ΚΑΝΜΕΦΑΓΗCΠΟΤΙΡΙΖΑΝΟΜWC
ΕΤΙΚΑΡΠ ϽΦΟΡΗCW ΟCCΟΝC! ICΠΕΙCΑΙ
CΟΙ ΤΡΑΓΕ ΘΥΟΜΕΝW

1. 3—6 ed. Sogliano *Bull. Inst.* 1876 p. 29—32, *Not. d. sc.* 1876 p. 14. 1—6 Dilthey, Epigrammatum Pompeis repertorum trias, Progr. Turic. 1876, ubi in tabula lithographa inscriptionum 1, 5, 6 reliquiae expressae sunt. Tabula repetita est *Ann. Inst.* 1876 *P.*

1 quae extant v. 1 post ΕΡWC, v. 2 post ΤΙΝ, v. 3 ante ΟCΜΕΝ, v. 4 ante ΝΟC om. Sogliano. Epigramma sic restituit Dilthey:

Ὁ θρασύ[ς] ἀνθέστακεν Ἔρως [τ]ῷ [Π]αν[ὶ παλαίων]
Χὰ Κύπρις ὠδίνει, τίς τίνα πρῶτος ἑλεῖ.
[Ἰ]σχυρὸς μὲν ὁ Πὰν καὶ καρτερός· ἀλλὰ [π]ανοῦργος
[ὁ π]τανός — καὶ Ἔρως· οἴχεται ἁ δύναμις.

2 Leonidae Tarentini epigramma, Anth. Pal. VI 13, agnovit Dilthey.

5 primum Μ om. Sogliano; mox ΜΕCΘΑ...Ο......ΕΝ in *Bull.*; ΜΕCΘΑΟCΟ......ΕΝ *Not. d. sc.* v. 2 ...ΕCΘΑ Sogl. — Lege: [Ὅσσ' ἕλο]μεν [λ]ιπόμεσθα, ὅσσ' οὐχ ἕλο[μ]εν [φε]ρό[μ]εσθα.

6 v. 1 ΟΜW... v. 2 ΕΙ..ΙCΠC...ΑΙ Sogliano. Lege: Κἄν με φάγῃς ποτὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω, ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

Idem epigramma extat Suet. Dom. 14, Anth. Pal. IX 75, Schol. Arist. Plut. 1129, Suid. s. v. ἀσκὸς Κτησιφῶντος, qui omnes habent ἐπὶ ῥίζαν; mox δέ τι et ἐπιλεῖψαι Schol. Arist. Vd. de his Dilthey p. 14.

3408 ad d. n. 18.

TREBIVM Æ OF 0,24

Descripsimus. E compluribus programmatis eodem loco scriptis legi hoc, quod non videbatur recentissimum.

3409 supra 3408.

POPIDIVM · SECVNDVM
AED · D · R · P · PROBISSIMVM · IVVENEM · OF
RVFINE · FAVE · ET · ILLE · TE · FACIET

Descripsit Sogliano recens effossam et edidit in Act. *Giorn. d. sc.* III n. 16. — Ego reliquias vidi; edidi ad Sogliani apographum *Bull. Inst.* 1876 p. 234. — Viola, *Scavi* 1873—78 p. 66 n. 41.

Rufinus habitabat in aedibus n. 18, ubi in peristylii pariete graphio exaratum extat: *Rufini cubiculum.*

3410 ad d. n. 19.

CN · HELVIVM · SABINVM · AED 0,23

Descripsi.

Acta l. c. n. 15 sic habent: CN · HELVIVM SABINVM AED · PRI*m*IG*eni*A ROG sed cf. 3411. 3412.

3411 latet sub 3410.

LOII 0,28

Descripsi. LOLLIVM?

3412 latet sub 3410.

. . . .
PROB . M . . . . OF . . . O

Descripsi.

3413 inter n. 19 et 21.

ALBVCIVM

Acta l. c. n. 14. Non vidimus.

3414 inter n. 20 et 21.

GAVIVM · Æ 0,2
OF

Descripsimus. Acta l. c. n. 13 om. v. 2.

3415 infra 3414 in tectorio rubro dealbato.

POSTVMIVM 0,11
AED · D · R · P 0,07

Descripsi admodum evanidam.

3416 in aedium n. 23 (L. Caecili Iucundi) cortis muro sin. in tectorio rudi.

L · NVMISIVM 0,13

Descripsimus.

3417 ibidem in muro ingressus (occidentali) in tectorio rudi.

APPVLEIV 0,3

Descripsimus.

3418 ad sin. 3417 colore gilvo in tectorio rudi.

FORTVNATE
. . . .
. . . .

Descripsimus.

3419 in pila quae est in eiusdem cortis latere sinistro, colore gilvo.

ER 0,25

3420 in pila quae est in eiusdem cortis latere dextro, colore rubro.

S 0,25
Ɖ

3421 inter n. 23 et 24 in lateribus dealbatis.

APPVLEIVM
II·VIR·ROG OF
FAVSTE·PRNIOSE

Descripsimus. — 3 PRNIIOSE non expedivi.

3422 inter n. 20 et 24.

CASELLIVM

Acta *Giorn. d. sc.* III p. 254 n. 12. — Non vidimus.

3423 inter n. 24 et 25 in muro qui meridiem spectat.

0,18 L·C·S· II VIR 0,09
FELICIO·LVPINARIVS 0,07
ROG

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1876 p. 234; Acta l. c. n. 11; Viola *Scavi* 1873—78 p. 66 n. 40.
2 punctum om. Acta. — Felicio lupinipolus 3483.

3424 ad sin. n. 25.

FAVSTINVM 0,4
AED·D·R·P·O·V·F· 0,14

Descripsimus. — Acta l. c. n. 10.
2 puncta post AED, O et F om. Acta.

3425 ad sin. n. 26 in muri parte superiore in tectorio rudi, antiquior.

CONIVNCTVM

Descripsimus.

3426 infra 3425.

GAVIVM ET·TREBIVM 0,41

Descripsimus. — ..... TREBIVM Acta l. c. n. 8.

3427 infra 3426.

CASELLIVM · AED 0,14

Descripsimus. — Acta l. c. n. 9.

3428 ad d. n. 26.

HOLCONIVM·PRISCVM
II VIR·I·D D·R·P·O·V·F·IVCVNDVS ROG

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1876 p. 24; Sogliano *Giorn. d. sc.* p. 99 n. 23; Acta l. c. n. 7; Viola *Scavi* 1873—78 p. 65 n. 38.
P· om. Acta. — Aedes n. 22—27 sunt L. Caecili Iucundi.

3429 infra 3428.

\ HOLCONIVM IRS VMA 0,21

Descripsimus. Fuisse videtur PRISCVM AED, sed propter vestigia programmatum antiquiorum nihil certi legitur.

3430 ad d. n. 26. evanida.

HOLCONIVM II\

Descripsimus. — IIVIR fuisse videtur.

3431 infra 3430 inter vestigia aliorum programmatum.

L·VEIVM·RVFVM AED 0,22

Descripsi.

3432 ad d. n. 27 colore nigro, evanida.

MARCELLVM

Descripsimus. — Sogliano *Giorn. d. sc.* III p. 99 n. 21. VM non vidimus.

3433 infra 3432.

CEIVM·SECVNDVM 0,20
0,09 II VIR·Q·S·CAECILI·IVCVNDI ROGAM 0,16

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1876 p. 24; Sogliano l. c. n. 22; Acta *Giorn. d. sc.* III p. 254 n. 6; Viola *Scavi* p. 65 n. 37.
Punctum post S om. Sogl., post VIR et CAECILI om. Acta. De Q. S. Caeciliis Iucundis cf. p. 277 not. 1.

3434 ad sin. n. 28.

MODSTAED 0,23

Descripsimus. Sogliano l. c. n. 19; Acta l. c. n. 4.
DES Sogl. Acta.

3435 infra 3434 colore nigro.

Q·P·P·AED·OVF 0,16

Descripsimus. — Sogliano l. c. n. 20; Acta l. c. n. 5; Viola l. c. n. 36.
P AED OVF Acta.

3436 in ostii n. 28 (M. Tofelani Valentis) pariete sin. colore gilvo.

VITALIONICO
MAI

Descripsi. In fine nihil deest. *Vitalioni com(iter)*?

3437 supra 3436, colore gilvo.

PRO 0,08

Descripsi.

3438 in atrii n. 28 muro posteriore.

M
PP

Descripsi.

3439 ad d. n. 28.

CASELLIVM AED
AVXILIO ROG

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1876 p. 149 et 233; Sogliano l. c. n. 18. Acta l. c. n. 3; Viola l. c. n. 39; AED Sogl. et Acta, nos non vidimus.

3440 ad sin. n. 29.

SECVNDVM AED
CANICES

Descripsimus, sed VM AED et AN non vidimus. Integram exhibent Sogliano l. c. n. 16, acta l. c. n. 1, Viola l. c. n. 34.

3441 infra 3440.

C·ALFIVM·CAPITONEM·AED·D·R·P·O·F 0,15

Descripsimus. — Sogliano l. c. n. 17; Acta l. c. n. 2; Viola l. c. n. 35.
OVF om. Sogl. Acta. — AED sqq. om. Viola.

REG. V INS. 2.

3442 in aedium n. 4 triclinio quod est in peristylii latere posteriore, in pictura convivii, nunc Neapoli in museo, colore albo.
a adscripta iuveni qui inter virorum et feminarum paria solus assidet:

FACITIS · VOBIS · SVAVITER · EGO CANTO

b adscripta alii homini, qui manu sublata illi respondet

EST · ITA · VALEA*s*

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1885, 246; Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 48; Niccolini, *Case e monumenti di Pompei, nuovi scavi* p. 28.

3443 in aedium n. 15 cubiculo quod est primum in peristylii latere dextro, colore rubro in tectorio albo.

RODINVS 0,45
suis figura

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1894 p. 57; Sogliano *Not. d. sc.* 1896 p. 439.

3444 in corte aedium quarum ostium est in insulae latere septentrionali tertium ab occidente (*casa delle nozze d'argento*). *Sul muro che rasenta a mezzogiorno la vasca, sull'intonaco bianco è una testa graffita, intorno e sotto alla quale si vedono tracce di lettere di color giallo: mi è riuscito di leggere solo la parola.*

GIINIVS

Sogliano *Not. d. sc.* 1896 p. 431. Non vidimus. Cf. inscriptionem graphio in hoc ipso pariete exaratam: [*P*]*r*[*i*]*migenius*.

3445 in aedium quarum ostium est in insulae latere septentrionali secundum ab occidente, in tablini parietibus pictae sunt protomae duorum adulescentium singula volumina tenentium, in quorum indicibus scriptum est colore nigro

1. in pariete sinistro HOMERVS
2. in pariete dextro litteris cursivis PLATO

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1893 p. 19; Sogliano *Not. d. sc.* 1892 p. 28.
2 *s*APHO Sogliano, male.

3446—3452 in insulae latere occidentali. Ostia numerantur a septentrione.

3446 prope angulum septentrionalem.

*cn. he*LVIVM 0,30
*sab*INVM·AED OF 0,20

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1896 p. 419*a. b.*

3447 infra 3446.

CELSVM · RO OC 0,22

Descripsimus. — Sogliano l. c. *b.*

3448 ad dextram ostii primi.

M · VESONIVM 0,16
M AI . . . . \

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1891 p. 267.
2 MAI om. Sogliano; mox V idem.

3449 eodem loco ubi 3448, posterior, litteris subtilioribus altis 0,04.

P PAPAIOSTOR
CIICVDIC
MAL C
HI

Dedi ex apographo meo, cum quo Zangemeisteri fere congruit.

3450 ad sin. et ad d. ostii secundi.

0,32 CN HELVIVM *ostium* SABINVM·AED·CRESCENS ROG 0,18

Descripsimus. — Partem secundam ed. Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 51.
CRESCES . . . . Sogliano.

3451 inter ostium quintum et sextum.

POLP 0,03
et ad d.: IP L 0,04

Descripsimus.

3452 ad d. 3451 ubi picti sunt duo serpentes, supra serpentem sinistrum, colore viridi.

0,06 C I OSVS · CVRIOSO · S

Descripsimus. — *C*[*uri*]*osus curioso s*(*alutem*).

REG. V INS. 3.

3453 in insulae latere meridionali loco incerto.

N · ALLEI · NIGID VERVM

Una cum 367 et 1181 exhibet Schultz, *Tagebuch* XXIII 83; cf. ad 369.

REG. V INS. 4.

3454 inter n. 5 et 6.

. . . .
. . . *ii* VIR ID V *b*(?) 0,35

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1891 p. 272.
Alterum V non vidi.

3455 infra 3454.

. . . . . IVM RVFVM

Descripsi. — Sogliano l. c. — IV non vidi.

REG. VI INS. 12.

3456 in insulae latere orientali.

RAC AEMILIV

Descripsimus. RAC alius tituli reliquiae esse videbantur.

3457 ibidem, evanida.

0,013 VANVM

Descripsimus. — Secunda littera potest esse A et R.

3458 ibidem e regione insulae 13 n. 19.

FRONTONI FELICITER

Descripsi et edidi *Bull. Inst.* 1875 p. 191; Fiorelli *Descr.* p. 424; Viola *Scavi* 1873—78 p. 53 n. 10.

TERENTIO Fiorelli, male.

REG. VI INS. 13.

3459 ad sin. n. 16.

CN HELVIVM· 0,25
SABIN·Ꝓ·D·R·P 0,20

Descripsimus. — Acta ms. 26 Iun. 1876; Sogliano *Not. d. sc.* 1876 p. 94; Viola *Scavi* 1873—78 p. 66 n. 43.

2 punctum post R non vidimus.

3460 ibidem in tabella ansata.

GAVIVM·AED·OF 0,43
VICINI·ROG· 0,14

Descripsimus. Edidi *Bull. Inst.* 1877 p. 207; Acta ms. l. c. Sogliano l. c. Viola l. c. n. 44.

3461 eodem loco ubi 3460, antiquior.

TI·CLAV*d*IVM VERVM
II VIR *i* D·O·V·F

Descripsi.

3462 ad sin. n. 16 in tabella ansata, similis titulo 3460; latebat sub dealbatura posteriore.

TREBIVM VALE*ntem*
ET GAVIVM RVFVM

Descripsimus. — Acta et Sogliano ll. cc. Viola l. c. p. 67 n. 45.

3463 eodem loco ubi 3462, antiquior, similis titulo 3461.

L LICINIVM ROG 0,19
*iu*VENEM VERECVNDISSIM*um* 0,07
D·R·P·OV

Descripsimus.

3464 in aedium n. 16. 17 peristylii muro orientali, in tectorio rudi dealbato.

M·I IC T 0,16
ÆD R·P 0,08

Descripsimus. — Acta et Sogliano ll. cc.

1 M·I RT acta. M· Sogl.

3465 ad sin. n. 18.

-IVM \

Descripsimus. — *Ce*]*ium a*[*ed.*

REG. VI INS. 14.

3466 ad sin. n. 20.

M·HOLCONIVM PRIS*cum* 0,22
O·V·F

Descripsimus. — Acta (*Giorn. d. sc.* III p. 140) 9 Nov. 1874 n. 1; Sogliano *Giorn. d. sc.* III p. 97 n. 1; Viola *Scavi* 1873—78 p. 63 n. 18; 1 PRIS et v. 2 om. acta, Sogl., Viola.

3467 ad d. n. 20 in tabella ansata (0,52 × 0,2).

SABINVM Æ
INNOCENT·IVVENEM

Descripsimus. — Acta l. c. n. 2; Sogliano l. c. p. 98 n. 2; Viola l. c. n. 19.

3468 ad d. 3467.

P·SITTIVM·CONIVNCTVM 0,2

Descripsimus. — Acta (l. c. p. 141) 16 Nov. 1874 n. 1; Sogliano l. c. n. 3; Viola l. c. n. 20.

3469 infra 3468.

L·A·C·ET·M·C·M 0,21
AED·D·R·P 0,09

Descripsimus. — Acta (l. c. p. 166) 7 Ian. 1875; Sogliano l. c. n. 4; Viola l. c. n. 21.

2 P· Viola.

3470 ad d. 3468.

0,25 CN·HELVIVM ARIPH
0,16 SABINVM·AED·D·R·P

Descripsimus. — Acta (l. c. p. 141) 16 Nov. 1874 n. 2; haud dubie eadem refertur l. c. p. 166, 7 Ian. 1875; Sogliano l. c. n. 5; Viola l. c. n. 22.

1 HELVIVM· omissis quae sequuntur acta, Sogl., Viola.

3471 ad d. 3470.

0,35 C·GAVIVM·RVFVM II VIR OF
0,07 VTILEM·R·P·VESONIVS·PRIMVS ROG

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1876 p. 22; Acta (l. c. p. 167) 7 Ian. 1875; Sogliano l. c. n. 6; Viola l. c. n. 23; Presuhn *Pompeji* 1874—78 III 4.

Vesonius Primus fullo habitabat in aedibus n. 20. Vd. 3476—3478. 3480—3482 et X 865.

3472 infra 3471 ad d.

. . . . M·Æ
. . . .

Descripsimus. — Sogliano l. c. n. 7.

3473 ad sin. n. 21.

0,3 CAECILI^VM
0,1 CAPELLA · IVCVND
ĪĪ FACIS

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1876 p. 54 et p. 149; Acta *Giorn. d. sc.* III p. 167; Sogliano *Giorn. d. sc.* III p. 97 n. 8; Viola *Scavi* p. 64 n. 24.
FACIT omnes. — *Caecilium Capella(m) Iucund(e)* ĪĪ*(virum) facis.* Iucundus est L. Caecilius Iucundus argentarius qui e regione huius tituli in aedibus V 1, 26 habitabat.

3474 infra 3473.

0,28 ALBVCIVM MARCELL^V_M

Descripsimus. — Sogliano l. c. n. 9.

3475 eodem loco ubi 3474, antiquior.

0,22 MARCELLVM

Descripsimus. — Sogliano l. c.

3476 ad sin. n. 22.

...... G C
FVL ĪĪ OF

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1876 p. 23; Sogliano l. c. n. 10; Viola l. c. n. 25 et melius p. 65 n. 32.
Ful(lones rogant); cf. ad 3471.

3477 ad d. n. 22.

AED·D·R·P
0,3 CN · HELVIVM VESONIVS
PRIMVS ROG

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1876 p. 23; Sogliano l. c. n. 11; Viola l. c. n. 26; Presuhn, *Pompeji* 1874—78 III p. 4.
De Vesonio Primo vd. ad 3471.

3478 infra 3477 ad d. in tabella ansata.

L· CEIVM· *secund*VM
ĪĪ·V·I·D· PRIMVS·FVLLO·RO

Descripsimus. — Edidi l. c. p. 23; Acta l. c.; Sogliano l. c. n. 12; Viola l. c. n. 27.
De Primo vd. ad 3471.

3479 ad d. 3477.

0,25 CAECILIVM · CAPELLAM D·V I D O·F
CORNELIA ROG 0,15

Descripsimus. — Edidi l. c. p. 54; Acta (*Giorn. d. sc.* III p. 169) 22 Febr. 1875; Sogliano l. c. p. 99 n. 13; Viola l. c. n. 28.
ĪĪ · I · DOF Viola.

3480 ad d. 3479.

0,32 C · GAVIVM · I PRII
0,18 RVFVM ĪĪ VIRO· V· F

Descripsimus. — Acta l. c.; Sogliano l. c. n. 14; Viola l. c. n. 30.
1 · I et PRII (*Primus*) om. Sogl. Viola.
2 ĪĪ V · O · V · F · Viola.

3481 ad d. 3480.

0,2 PRII

Descripsimus. — *Primus*; cf. *Bull. Inst.* 1876 p. 23.

3482 ad d. n. 34.

*c*N HELVIVM · SABINVM
AED· PRIMVS· CVM· SVIS · FAC

Descripsimus. — Edidi l. c. p. 33; Acta l. c.; Sogliano l. c. n. 15; Viola l. c. n. 31.
2 PRIMVS omnes; PRIVS scriptum fuerat, mox V expuncta, S in M correcta. — De Vesonio Primo vd. ad 3471.

3483 ad sin. n. 25 in tectorio nigro dealbato in formam tabellae ansatae.

PROCVLVM
AED · FELICIO
LVPINIPOLVS ROG

Descripsimus. — Acta l. c.
1 PR et 2 punctum non vidimus. — PROCVLVM acta. Felicio lupinarius 3423.

3484 ad d. n. 28.

0,34 CASELLIVM · Æ

Descripsimus. — Acta l. c. p. 171, 9 Apr. — Punctum non vidimus.

3485 ad d. 3484.

CN · HELVIVM
SABINVM · AED
ALIARI · ROG

Acta l. c. — Non repperimus.

3486 ad d. n. 30.

M · HOLC · PRISCVM 0,29
Æ · OF · D · R · P 0.1

Descripsimus. — Acta l. c. p. 173, 19 Apr.

3487 ad d. 3486.

CASELLIVM 0,25
Æ · O · V · F 0.1

Descripsimus. — Acta l. c.
2 F· acta.

3488 ad d. n. 31.

L · A · C · Æ

Descripsimus.

3489 ad d. 3488.

M · C · M · Æ
V·B·O·V·F·

Descripsimus.

3490 in insulae latere septentrionali, prope angulum orientalem, admodum evanida.

CASELLIVM 0,13
SABINVM AED
V·S·P·P·O·V·F 0,08

Descripsimus.

3491 infra 3490.

0,3 M · HOLCONIVM
0.08 ĪĪ·V·I·D·O·V·F SALARIVS

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1876 p. 54; Viola *Scavi* 1873—78 p. 65 n. 33.

3492 infra 3490, admodum evanida.

0,25 ......CIVM ᴬᴾᴼ

Descripsimus. — [*Albu*]*cium aed. oof.*

3493 ad sin. n. 36.

CASELLIVM Æ 0,18
SALVIVS · ROG 0,065

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1878 p. 194; Sogliano *Not. d. Sc.* 1876 p. 103; Viola *Scavi* p. 67 n. 51.
1 AED Viola.

3494—3504 in insulae latere occidentali.

3494 in cauponae n. 36 pariete sin. inter angulum anteriorem et portam n. 35, colore nigro in tectorio albo adscriptae virorum et feminarum figuris

a NOLO ·
CVM MVRTA'ILꟾN// SV
vir et femina inter se osculantes

b—d ad d. *a*

b HOC
vir sedens

c NON
MIA·EST
vir sedens
uterque manum extendens

d QVI VOL·
SVMAT·
OCHANE·
VIINI·BIBII
femina vas vinarium et poculum portans, sinistrorsum

e. f ad d. *b—d*

e EXSI
vir sedens

f NON
TRIA·DVAS·
EST
vir sedens dextra fritillum tenens
in eorum genibus tabula cum talis

g—i ad d. *e. f*

g NOXSI·
AMII
TRIA·
IICO
ΓVI·
vir stans sublatis manibus dextrorsum

h ORTII·ΓIILLATOR
IICO ΓVI·
vir stans sinistrorsum

i ITIS·
ΓORAS·
RIXSATIS
vir staturae minoris, qui sinistrorsum illos extrudit

Descripsimus. — Edidi l. c. p. 192; Sogliano l. c. p. 194 et *Pitt. murali* n. 657; Presuhn *Pompeji* 1874—78 V p. 4.
a 2, ultima sic descripsi

ATA'ILN...SV

MVRTALII Bull. Sogl. *Pitt.* MVRTAL.... *Not.* Presuhn. — *g* 1 NONII· *Not.* Presuhn; NOXCII Presuhn in tabula. — *g* 2 AME Presuhn, AMCII idem in tabula. — *g* 4 et *h* 2 EGO Bull. Pres. Sogl. *Pitt.* — *h* 1 FELLATOR Pres., ΓIILIIATOR Pres. in tabula. — *i* 2 FORIS Bull. Sogl. *Pitt.*

3495 inter n. 36 et 38.

MARCELLVM 0,35
M I V

Descripsimus. — Acta ms. 25 Iul. 1876; Sogliano *Not. d. sc.* 1876 p. 94; Viola l. c. n. 49.
2 om. omnes.

3496 infra 3495 in tabella ansata.

TI · CLAVDIVM VeRVM 0,18
II · VIR I · D · O · V · F

Descripsimus. — Acta et Sogliano ll. cc.; Viola l. c. n. 48.
1 TI·CLAV//// omissis quae sequuntur acta; TI·CLAVDIVm om. q. sequ. Sogl. Viola. — 2 I·D·O·V·F om. acta.

3497 ad d. 3496 colore nigro in tectorio dealbato.

M · S · M · Æ 0,16
O V F

Descripsimus. — Acta et Sogliano ll. cc.

3498 ad sin. n. 37.

TREBIVM·ÆD 0,2
OF DIGNISSIMVM

Descripsimus. — Acta et Sogliano ll. cc.; Viola l. c. n. 46.
OF om. omnes.

3499 inter n. 37 et 38.

M · C · M · Æ 0,15
OF

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1878 p. 114; Acta et Sogliano ll. cc. p. 78; Viola l. c. n. 47.

3500 in aedibus n. 38. *Sull' anta destra dell' ala, in una bianca tabella è scritto in nero.*

PRIMIGENIVS CVM LVPO HIc

Sogliano l. c. p. 192; inde ego *Bull. Inst.* 1878 p. 111; Acta ms. 11 Oct. 1876. — Non vidimus.

3501 ad d. n. 38.

M · SAMELLIVM
MODESTVM·AED·OF 0,15

Descripsimus. — Acta ms. l. c.; Sogliano l. c. p. 77.

3502 ad sin. n. 39.

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 3; inde Sogliano l. c. n. 3.
2 quinta littera potest esse O vel E.

3804 ibidem ad sin. portae 4 ab oriente.

MVR 0,095
TILVS·

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 4; Sogliano l. c. n. 4.

3805 in muro occidentali, inter cubiculi angulum meridionalem e fenestram.

MARC

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 5; Sogliano l. c. n. 5. Nihil deesse videtur inscriptio non erat finita.

3806—3813 inter ostium 5 et 6 a septentrione.

3806 colore nigro.

CELER

Sogliano *Not. d. sc.* 1888 p. 518 *l*. Non vidimus.

3807

PROS 0,5

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1889 p. 120 n. 9. Sogliano l. c. *m*. — Nihil deest; inter P et R scripta est M parva.
Scribi coeptum erat *pro salute*.

3808—3813 in podio.

3808 infra 3807.

MVNA 0,16

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 10; M.....IVA Sogliano l. c. *p*. — Nihil deest.

3809 infra 3808 et partim eodem loco.

PROS 0,27

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 11; Sogliano l. c. *o*. — Nihil deest. Cf. 3807.

3810 prope 3809.

L

Sogliano l. c. *n*. Non vidimus.

3811 ad d. 3809 et partim eodem loco, colore nigro oblique scripta.

INT///CER · DELECTA 0,08
MECVM · CANE 0,065

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1889 p. 120 n. 12; Sogliano *Not. d. sc.* 1888 p. 519, *q* om. INT///GER.
Potest fuisse INTEGER aut INPIGER. Ante IN num aliquid perierit incertum.

3812 ad d. 3811 eodem colore et eadem manu.

CELER 0,11

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 12 cum n. 3811 coniunctam; Sogliano l. c. *r*.

3813 eodem loco ubi 3812, antiquior, colore albo.

C · C C////

Descripsimus. — Sogliano l. c. *s*.

3814 ad sin. ostii 5 a sept. litteris magnis.

AVG M

Sogliano l. c. p. 518, *j*. Non vidimus.

3815 ibidem in podio.

L · RV 0,023

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 8; Sogliano l. c. *k*.

3816 inter ostium 4 et 5 a sept., evanida.

////O FELICITER

Sogliano l. c. *h*. — Non vidimus.

3817 ibidem.

D/ ///

Sogliano l. c. *i*. — Non vidimus.

3818 ibidem.

ATTIVM · AMPL\ *m* 0,21
D R P AED · MO · V F

Descripsi recens effossam et edidi l. c. n. 7. Sogliano *Not. d. sc.* 1887 p. 40 n. 2.
2 ////////O F Sogl. — *mo(neo) v(os) f(acite)*; cf. 3699.

3819 eodem loco ubi 3818, antiquior.

S O//////AVG 0,55

Descripsimus. In fine nihil deesse potest propter ostium.

3820 ad d. ostii 4.

0,48 TI · CLAVDIVM · VERVM 0,11
SCR
AEMILIVS · CELER · 0,06
d. v. I// D O · V · F · VICIN(· HIMER/// 0,09

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1887 p. 40 n. 1.
1 T · Sogl., 4 HIMEr Sogl.

3821 ad sin. ostii 4.

VITELL 0,07

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1889 p. 120 n. 6. — *pro salVTE NEronis* Sogliano *Not. d. sc.* 1888 p. 517, *g*. — *Vitell*...?

3822 ad sin. 3820.

0,42 R PRO SALVTE NER 0,17
INTERR R A D 0,57

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 5 om. litteris singularibus. Sogliano l. c. *b—f*, qui interpretatur *pro salute Ner(onis) in terr(ae motu)* coll. Tac. Ann. XV 33. 34, Suet. Ner. 20. — Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 30.

3823 ad sin. 3822.

0,30 NEPOTE · AED

Descripsi. — Edidi l. c. n. 4; Sogliano *Not. d. sc.* 1880 p. 299 n. 2. Nepotis unum praeter hoc habemus programma 401, ab hoc haud longe distans.
Supra 3822. 3823 extabat edictum muneris 3884.

3824 ad d. ostii 3, evanida et antiqua.

0,14 EVIVM · AED *tectorium recentius*

Descripsimus. — Edidi l. c. p. 119 n. 2. — [*Na*]*evium*; cf. 475.

3825 infra 3824 in podio, evanida.

MVNATIO · FELICITER 0,11

Descripsi et edidi l. c. p. 120 n. 3. — ////ATIO FELICI Sal Sogliano *Not. d. sc.* 1888 p. 517, *a*.

3826 prope angulum septentrionalem.

M · SAMELLIVM 0,2
MODESTVM AED O F 0,15

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 162.

REG. IX INSVLA QVAE IN LATERE MERIDIONALI VIAE NOLANAE EST SECVNDA POST OCTAVAM.

3827 in lateris septentrionalis ostii secundi ab occidente pariete sin., colore nigro.

C · LOLLIVM · FVSCVM 0,032

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1891 p. 267.

3828 eodem loco ubi 3827, antiquior.

*t*I CL AVDIVMVERVM
II VIR · OBELLI · CVM · PATRE · FAVE · SCIS · VERO · FAVERE

Descripsimus. — Sogliano l. c.

3829 supra 3828 admodum evanida.

IIVIR I
OBELLIV
M

Descripsi. — 2 OBELLIV . . .

3830 in eiusdem ostii pariete dextro, colore nigro.

P · PAQVIVM PRoculum

Sogliano *Not. d. sc.* 1891 p. 267. — Vidi reliquias.

REG. IX INS. QVAE PRIMAE ET SECVNDAE AB ORIENTE ADIACET.

3831—3845 in insulae latere septentrionali.

3831 ad d. n. 1 in muro qui anno p. C. 63 posterior est.

VIBIVM · SEVERVM
II VIR · I · D · OF TERTIVS ROGAT

Sogliano *Not. d. sc.* 1879 p. 23, qui v. 1 rubro, 2 nigro colore scriptum esse affirmat. Descripsimus v. 1.

3832 in aedibus n. 1. In andronis quo latrina aditur pariete sin. pictus erat homo cacans inter duos serpentes et ad d. Fortuna. Nunc Neapoli in museo. Homini illi adscriptum est colore nigro

CACATOR
CAVE · MALV

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1882 p. 196; Sogliano *Not. d. sc.* 1880 p. 395; Niccolini IV *Nuovi scavi* 1874—82 p. 17. — Cf. 3782. V 8110, 176. X 8067, 6; monentur domestici ne alibi quam in latrina cacent.

3833 ad sin. n. 1 in muro qui anno p. C. 63 posterior est.

CASELLIVM 0,1
AED · ROG

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1879 p. 23, *a*.

3834 ad sin. 3833.

SECVNDVM . AED

Sogliano l. c. *b*; contulimus.

3835 ad sin. n. 2.

HERENNIVM 0,23
CELSVM · AED OF 0,1

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1879 p. 45 n. 6.

3836 inter n. 2 et n. 3.

POPIDIVM · AED 0,12

Descripsimus.

3837 ad sin. n. 4, colore nunc nigro.

M · HOLCONIVM 0,32
PRISCVM D · I D 0,11

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1879 p. 45 n. 7.

3838 ad sin. 3837.

HELVIVM 0,23
SABIN · AED 0,17

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1879 p. 45 n. 8.

3839 ad sin. 3838.

C · SITTIVM · 0,25
II · V · I · D · 0,12

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1879 p. 45 n. 9.

3840 ad sin. 3839.

C · C · S · M 0,37

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1879 p. 74 n. 1.

3841 ad sin. 3840.

HERENNIVM 0,25
CELSVM · AED · O · V · F 0,18
FABIVS · MEMOR · CVM · CELERE 0,1

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1879 p. 74 n. 2.

3842 ad sin. 3841.

M · CASELLIVM 0,13
MARCELLVM AED ROG 0,11

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1879 p. 74 n. 3.

3843 ad sin. 3842 admodum evanida.

SVETT*ium* 0,21
AED O · V · F 0,1

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1879 p. 74 n. 4. AED Sogl.; nos reliquias vidimus.

3844 ad sin. 3843, evanida.

N · POPIDIVM · RVFVM 0,15
II VIR ROG 0,08

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1879 p. 74 n. 5.

3845 ad sin. n. 5.

CASELLIVM E*t* 0,2
ALBVCIVM · AED

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1880 p. 101.

3846—3849 in insulae latere meridionali.

3846 ad d. ostii secundi ab occidente.

NVMIANV*m* 0,14
AED OF

Descripsimus. — *(P. Vedium) Num(m)ianum.*

3847 infra 3846 colore nigro.

C · C · S · P · E 0,185
IIIR ·

Descripsimus. Extrema latent adhuc sub terra.

3848 inter primum et secundum ostium ab occidente.

AMPLIATV*m* 0,185
AED · O · V · F
DIGNVS · EST 0,045

Descripsimus.

3849 ibidem.

L C · S
II VII

Descripsimus.

3850—3855 in insulae latere occidentali. Inter angulum meridionalem et quintum ostium a meridie extant 2985—2993.

3850 ad sin. ostii 6 a meridie.

M · FIRMVM · VEIENTON*em* 0,24

Descripsimus. — De Petra *Giorn. d. sc.* II p. 163 n. 17; inde Ephem. I n. 161.

Aliud Veientonis programma, non longe distans, habemus 1039.

3851 inter ostium sextum et septimum a meridie, ad d. picturae Larum.

0,25 OVIDIVM · ET · VETTIVM · AED · OF 0,1

Descripsimus. — De Petra *Giorn. d. sc.* II p. 163 n. 18; inde Ephem. I n. 162. — Cf. 3618.

3852 infra 3851, in podio, colore albo.

M · LICINIVM · ΓΑVST*inum* 0,08

Descripsimus. Cf. 3611 ss.

3853 ad sin. ostii septimi a meridie, in podio, colore albo.

*m. licini*VM Γ^VST*inum* 0,1

Descripsimus. — De Petra *Giorn. d. sc.* II p. 163 n. 19.

3854 ad d. 3851.

RVFVM · II VIR 0,24

Descripsimus. — De Petra *Giorn. d. sc.* II p. 163 n. 20.

3855 in angulo septentrionali.

L · ALBVCIVM 0,25
Æ OF 0,15

Descripsimus. — De Petra *Giorn. d. sc.* II p. 163 n. 21.

3856 loco incerto. *Tra gli strati superiori delle terre si raccolse un frammento d' intonaco, su cui è scritto in lettere nere*

SOLEA

Sogliano *Not. d. sc.* 1880 p. 489.

SEPVLCRA VIAE NVCERINAE.

Eruta sunt sex monumenta inde a mense Augusto anni 1886 in fundo tum Angelae, nunc Henrici Pacifico, prope oppidi angulum qui spectat inter orientem et meridiem. Egimus de iis ego *Röm. Mitth.* 1888 p. 120 ss., Sogliano *Not. d. sc.* 1886 p. 334 ss. 1887 p. 33 ss. 452 ss., Niccolini IV, *Nuovi scavi* p. 7 ss. Erecta sunt inde ab Augusti fere aetate (*Röm. Mitth.* p. 121) in utroque latere viae quae a porta Nucerina quae dicitur statim flexa sinistrorsum Nuceriam ducebat, ultimis autem Pompeiorum annis silice et marginibus carebat et deserta erat. Inscriptiones igitur in monumentis pictae non his ultimis temporibus adscribendae, sed antiquiores putandae sunt. Cum qua re optime convenit quod litterae neque eam formam exhibent quam titulorum Pompeianorum longe maxima pars, neque eam quam programmata antiquissima, sed medium quendam inter utrosque locum obtinent. Candidatorum commendationes maximam certe partem pertinent ad comitia non Pompeiana sed Nucerina.



3857—3860 in monumento n. 1.

3857 in latere sinistro.

L · MVNATIVM 0,25
QVINQ · I D V · B · OF 0,1
NVCER

Descripsi. — Edidi *Röm. Mitth.* 1888 p. 144; Sogliano *Not. d. sc.* 1886 p. 335, *d*; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 11.

3858 in fronte, ad d.

CAE*se*RNINV*u*M 0,12
NVCERIAE

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1886 p. 335, *a*.

3859 in fronte, ad sin.

Θ

Sogliano *Not. d. sc.* 1886 p. 335, *b*. — Non descripsimus.

3860 infra 3854.

LAT ... A ...
2

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1886 p. 335, *c*: LAT...A... — L alta est 0,17. — 2 *va(le)*?

In monumento 2 extat edictum muneris 3882.

3861—3864 in monumento n. 3. In fronte monumenti extabat edictum muneris 3881.

3861 ibidem.

L LVSIVM · SATVRN · DVV OF 0,2

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1887 p. 34, *c*; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 9. — CVSPIVM Sogl. — Pro DV Nicc. habet PP.

3862 in monumenti latere dextro, antiquior monumento n. 4.

L·LVSIVM·SATVRN·DV·VB·OF 0,30

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1888 p. 142 n. 1. — Sogliano *Not. d. sc.* 1887 p. 454; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 9.

L·FOLVSIVM Sogl. — D·R· Sogl., P P *Mitth.* et Nicc.; sed DV fuisse videtur.

3863 in monumenti latere sinistro.

...SATVRN

Sogliano *N. d. sc.* 1887 p. 454. — Non vidimus.

3864 infra 3859.

DECEMBRES

EQVA·FSIQVEI·ABERAVIT·CVM·SEMVNCIS·HONERATA A D·VII·KaL SeptEMBRES

CONVENITO·Q·DECIV·Q·L·HILARVM anT L ...VM·L L ampHIONEM·CITRA PONTEM·

SARNI·

FVNDO·

MAMIANO·

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1888 p. 145; Sogliano *N. d. sc.* 1887 p. 34 n. 3.

1 Reliquias (E?) ante SIQVEI om. *Mitth.* Sogl. — Ad Sogl. — K...MBRES Sogl. — 2 HILARVM·...VM·LI... HIONEM *Mitth.*, HILARVM·...VM·L...HION... Sogl.; potest fuisse L·DECIVM·L·L·

Nota *semuncis* plurali numero ut *clitellae.*

3865—3870 in monumento n. 4.

3865 in fronte.

L·MVNATIVM· ostium CAESERNINVM

II·VIR· QVINQ·OF NVCERIAE

Descripsimus. — Sogliano *N. d. sc.* 1887 p. 35 n. 4, p. 36 n. 12.

3866 infra 3865 ad sin.

PARis

GRO...

Descripsimus. — Edidi *R. M.* 1888 p. 146 n. 12; P...... Sogliano *N. d. sc.* 1887 p. 35 n. 7, qui cum 3868 coniungit.

3867 infra 3865 ad d.

PARIS·VNIO·SCAENAE

/\CI...

Descripsimus. — V. 1 edidi *R. M.* 1888 p. 146 n. 11; Sogliano *N. d. sc.* 1887 p. 35 n. 13. — 2 dedi ex apographo meo. Zangemeister in hunc fere modum descripsit: \COOIMI, ultimam hastam infra V positam esse adnotans. Sed incerta omnia.

3868 ad d. 3866 v. 2, antiquior.

spatium 4—5 litt. ...NIGRVM Aed ostium

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1888 p. 144 n. 6; ..... NIGRVM .... Sogl. *Not. d. sc.* 1887 p. 35 n. 7, qui cum 3866 coniungit. — Principium sic descripsit Zangemeister: N I IIC.

3869 in ostii pariete d. colore nigro.

MVSICVS 0,06

Descripsi et edidi l. c. p. 147 n. 14; Sogliano l. c. p. 37 n. 21.

3870 infra 3869 colore nigro.

0,14 C VLIVS 0,1

...ET·PIVS 0,065

Descripsimus. — Edidi l. c. n. 15; Sogliano l. c. n. 22.

3871—3872 in fronte monumenti n. 5, quod est P. Mancii Diogenis, litteris formae antiquioris.

3871 ad d.

L·MAGIVM 0,23

CELEREM·H VB

Descripsimus. — Edidi *R. M.* 1888 p. 143 n. 3; Sogliano *N. d. sc.* 1887 p. 38 n. 25; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 8.

3872 infra 3871.

C·TAMPIVM SABEINVm

TRI·PLE·V·B·O·

V·V·FACIA

Descripsimus. — Edidi *R. M.* 1888 p. 142 n. 2; Sogliano et Niccolini ll. cc. cum 3871 coniungunt. De tribuno plebis cf. Mommsen *Staatsr.* III p. 801 nota 3.

3873—3879 in monumento n. 6.

3873 in fronte, ad sin. portae.

L·MAGIVM· 0,27

0,12 CELEREM·H VB

Descripsimus. — Edidi l. c. p. 143 n. 3; Sogliano l. c. n. 26.

3874 in fronte, ad d. portae.

L·MVNATIVM 0,18

CAESERNINVM

NVCERIRIAE·II·VIR sic

QVINQ· V·B OF 0,12

Descripsimus. — Edidi *R. M.* 1888 p. 144 n. 5; Sogliano *N. d. sc.* 1887 p. 39 n. 30; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 7. — NVCERIAE omnes.

3875 in monumenti latere dextro.

L·MVNATIVM·

CAESERNINVM·

NVCERIAE·II· VIR·

QVINQ·V·B·OF

Descripsimus. — Sogliano *N. d. sc.* 1887 p. 456.

3876 eodem loco ubi 3873, paulo inferius, antiquior.

P·VITELLIVM 0,19

A V P...OF

CONSTAN 0,1

CONSTANTI 0,07

Descripsimus. — Edidi *R. M.* 1888 p. 143 n. 4; Sogliano l. c. p. 39 n. 31.

2 P om. *Mitth.* Sogl.; descripsit Zangemeister, ego non vidi.

3. 4 *Constanti[ae]* (*Nuceriae*); cf. 3882.

3877 infra 3876 litteris fere cursivis.

SCAENae DOMINE 0,025

VaLE

Descripsimus. — Edidi l. c. p. 147 n. 13; Sogliano l. c. p. 40 n. 32.

3878 ad sin. portae colore nigro.

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1888 p. 146 n. 10; Sogliano *N. d. sc.* 1887 p. 39 n. 27 in hunc modum:

BALNEVS · AGRIPPAE . . . V . . . . . TAT . . . . LI . . T . . OIV . . . .
. . . . NO TA . . . .
Q NGVP. . . . . .RACIAVC . . . . ENVS . . . V . . . .
PLVRA · SCRIP*sit*
RO . . . . .CAES . . . . /E . . . .
(?) *m i* NIVS · VC
6 ..\INIVS *Mitth.*

ba[l]neus agrippae u . . eat . . . li . tso . u . . .
. . . . no . taq . . . . .
q[u]oi cup . . rati auc . . . . lenus au . . . . is
plura scrip . . . . ssem
ro . . . capr . . . . . uos
iunius . u . . .

V. 1 hexameter esse videtur.

3879 ad d. 3878 v. 6.

S · S · S · S

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1887 p. 39 n. 29.

HERCVLANEVM.

3880 in epistula picta; extat Neapoli in museo.

a VITALIS K NO MAXI
b ALBINVS

Descripsi. — Iordan *Hermes* XIV (1879) p. 277. De pictura vide Helbig *Wandgem.* 1720
a VITALIO(?), omissis quae secuntur, Iordan.

EDICTA MVNERVM EDENDORVM.

3881 in viae Nucerinae sepulcro n. 3 litteris formae antiquioris.

GLAD · PAR · XX Q · MONNI 0.08
RVFI · PVG · NOIA · K · MAIS · VI ·
V · NONAS · MAIAS · ET ·
VENAIO · ERIT 0.25

Descripsimus. — Edidi *Röm. Mitth.* 1888 p. 144 n. 7; Sogliano *Not. d. sc.* 1887 p. 34 n. 1; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 9.

2 *Nola?* sed linea transversa non extitisse videtur.

Simillimum est 1187; vide eius imaginem Diss. isag. I tab. IX, 1; nec dubito quin ibi quoque [*Q. Monni*] *Rufi* fuerit. Sunt haud dubie haec duo omnium quae extant huius generis edictorum antiquissima.

3882 in viae Nucerinae sepulcro n. 2, in cellae, quae tamen sine porta aperta est, pariete posteriore et dextro.

NVMINI
AVGVSTI
GLAD · PAR · XX · ET · VENATIO · DA POMPEI · FLAMINIS ·
AVGVSTALIS
PVGNAB · CONSTANT · NVCER · III · PR · NON
NONIS · VIII · EIDVS · MAIAS
NVCERINI · OFFICIA · MEA CERTO · INDIIX

(cellae angulus; 0.3; 0.09)

Descripsimus. — Edidi *R. M.* 1888 p. 145 n. 8; Sogliano *N. d. sc.* 1886 p. 336; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 12.

3 POMPEI nomen flaminis; DA quid sibi velit nescio, sed lectio certa. — 5 *Constant(iae Nucer(iae)*; cf. 3876. — 7 indicem esse ipsum programma, et deesse velut *declarat* Mommsenus monet.

Titulum Tiberio non posteriorem crediderim, et propter *eidus* et quod in loco tecto satis evanidus est.

3883 ad sin. ostii IX 7, 3, evanida.

DEDICATION
POMPA VENATIO *athletae spars*IONES · VELA ERVNT VI PIER VA

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1879 p. 281 n. 13. Cf. 1177.

3884 in insulae IX 8 latere occidentali, supra 3822 et 3823.

D·LVCRETI· SCR CELER
SCR AEMILIVS
SATRÍ·VALENTIS·FLAMINIS·NERÓNIS·CAESARIS·AVG·FÍLI· CELER·SING
PERPETVÍ·GLADIATÓRVM·PARIA·XX·ET·D·LVCRETIO·VALENTIS·FÍLI· AD LVNA
GLAD·PARIÁ·X·PVG·POMPEÍS·VI·V·IV·III·PR·ÍDVS·APR·VÉNATIÓ·LEGITIMA·
ET·VELA· ERVNT

Descripsi recens effossam; mox decidit. — Sogliano *Not. d. sc.* 1880 p. 299; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 17.

1 De Aemilio Celere vide 3775. 3790 ss. — 2 Programma igitur scriptum est inter annos p. Chr. 50 et 54. — 4 LVCRETIO sic pro LVCRETI. — 4 *venatio legitima* cf. Suet. Claud. 21.

GRAPHIO INSCRIPTA.

REG. I INS. 2.

3885 in cellae quae est post tabernam n. 4 pariete adverso.

ΔΙΟΝΥϹΙΟϹ
ΟΠΤΟ ΤΗ

Descripsi. — Fiorelli *Descr.* p. 38, qui intellegit *opto te.* 2 T H Fior.; ego vidi ///H.

3886—3904 in aedibus n. 6.

3886 in atrii pariete anteriore, intranti a a sin., in tectorio gilvo.

VA SIINIO VA 0,009
hominis stantis figura

Descripsimus.

3887 in atrii pariete d., ad sin. portae secundae, in tectorio gilvo.

XXXVII
P V·II·V S
V C·IIII

Descripsimus.

3888 ibidem ad d. portae secundae, in tectorio gilvo.

XIII K DIIC
IN CONVIINTV VIINI

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 201; Fiorelli *Descr.* p. 38; Viola *Scavi* 1873—78 p. 58 n. 26. 2 KAL DIIC Viola, male.

Conventum hunc pagi alicuius fuisse putaverim, velut Salinarum in inscriptione graphio scripta ad d. ostii IX 6, 8.

3889 in atrii pariete anteriore, intranti a d., in tectorio gilvo litteris parvis leviter incisis.

CONTICVERE OMNES 0,006
OMN
INTENTI O

Descripsimus. — Verg. Aen. II 1.

3890 in peristylii pariete anteriore, intranti a sin., in tectorio rubro.

IIII NON NOV IN LVD
GALLIN·DAT V ET GALL
XV K NOV
PVTEOLANA PEPERIT MASCL III FEMEL II

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 202; Fiorelli *Descr.* p. 39; Viola *Scavi* 1873—78 p. 58 n. 27. 28.

2 RAT· Fior. Viola, AN I *Bull.*; DAT scriptum esse titulo saepius inspecto intellexi. 4 MASCVL Viola. — FEMEL I *Bull.*

3891 infra 3890.

ACTI·ANICETE·VA
HORE·VA

Descripsimus. — Edidi *Bull.* 1874 p. 202; Viola l. c. p. 52 n. 2.

Actius Anicetus pantomimus X 1946, saepe acclamatus et ipse et sodales eius, e quibus Horum fuisse pro certo habeo; cf. 1646. 1903. 1980. 2150. 2155. 2413*d*. 2463*b*. 2993*m*. 3093.

3892 in peristylii pariete posteriore, carbone satis clare scripta.

ADRVIVMIMFVS 0,06

Descripsimus.

3893 ibidem in parvae personarum picturae quintae a dextra margine inferiore.

HORVS 0,006

Descripsimus. — Cf. 3891.

3894 in peristylii pariete dextro infra picturam primam ab angulo anteriore in tectorio rubro.

IV K MAR 0,02

Descripsimus.

3895 ad d. 3894, prope angulum anteriorem.

XIII

Descripsimus.

3896 infra 3894.

AMOR 0,006

Descripsimus.

3897—3903 in peristylii muro anteriore, intranti a dextra.

3897 ad sin. picturae parvae personarum in tectorio rubro.

\ INVS 0,015

Descripsimus.

3898 ibidem, lineis deleta.

SVRENTIN 0,018

Descripsimus.

3899 supra 3898, erasa.

SVRENTINI 0,035

Descripsimus.

3900 infra 3899.

SVRENTINI 0,003

Descripsimus.

3901 infra 3900.

SVRENTINVS 0,005

Descripsimus.

3902 infra 3901, lineis deleta.

CVNVS 0.01

Descripsimus.

3903 ad d. picturae.

M
FILIVS 0,003

Descripsimus.

3904 in cubiculi, quod est in peristylii latere anteriore, pariete qui intranti adversus est, in tectorio albo, litteris fere quadratis.

IANVARIVS 0,03
RIVTA sic

Descripsimus.

3905—3908 in cella quae est post tabernam n. 7.

3905 in pariete dextro, in tectorio albo, cui postea inductum erat aliud tectorium, cuius reliquiae in ipsis litteris remanent.

HIRTIA PSACAS·C·HOSTILIO
CONIVGI SVO
CONOPI· MANVDVCTORI·IIT
CLIIMIINTI MONITORI·FRATRI
IIT DIODOTII·SORORI·IIT FORTVNA
TO FRATRI IIT CIILIIRI SVIS·
SALVTIIM· SIIMPIIR VBIQVII
PLVRIMA IIT PRIMIGIINIAII
SVAII· SALVTIIM

Descripsimus. Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 201, ubi non recte dixi solo vicinissimam esse; distat enim m. 1,07. Fiorelli *Descr.* p. 41. Viola *Scavi* 1873—78 p. 51 n. 1.

3 CONO:II *Bull.* CONOTI Fior. Viola. Conopis nomen habes VI 7613. Orelli 4505. Plin. n. h. VII 75.

3906 ad sin. 3905 litteris altis 0,005.

Dedi ex Zangemeisteri apographo. — 1 *qu[i]t nunc tuta?*

3907 supra 3906.

AMPLI 0,125
ATVS MIII
MVTV
MIT

Descripsimus.

3908 in pariete posteriore, in tectorio albo.

ACRATE
ACRA

Descripsimus.

3909 in aedium n. 10 tablini pariete adverso.

TPEX 0,08
TAXYC
TEIN

Descripsimus. — 1 litterae є et x inter se confusae sunt. 2 a parum clara, et potest videri ω.

3910—3917 in insulae latere septentrionali.

3910 inter ostia n. 16 et n. 17.

SVCCIISSVS 0,012

Descripsimus.

3911 ad sin. 3910 in tectorio rudi.

ONIISIMVS 0,05

3912 ad sin. 3911.

ONIISIPHORVS 0,012

Descripsimus.

3913 prope ostium n. 17.

AIINIIADVIII 0,002

Descripsi et edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 269; Viola *Scavi* 1873—78 p. 60 n. 36. — Lucret. I 1.

3914 in ostii n. 17 pariete dextro.

XXXXXIIII
XXA
XIVI

Descripsimus.

3915 in aedium n. 17 tablini pariete dextro, in pictura Endymionis Sogliano 456.

IIIIIIIIIIIXXXXXXXXX

Descripsimus.

3916 inter ostia n. 17 et n. 18, carbone.

PRiMICIINIA
SVCCIISSVS

Descripsi.

3917 ibidem, in tectorio rudi.

NAVPLIVS 0,008

Descripsimus.

3918—3943 in insulae latere orientali.

3918—3925 inter angulum septentrionalem et n. 19.

3918 creta alba, ut videtur, scripta.

CLA 0,35

Descripsimus.

3919 ad d. ostii n. 19, carbone.

PROCVLVS
FVI

Descripsi.

3920 infra 3919, carbone.

CABCR

Descripsi. — Alterum C potest esse O.

3921 prope angulum, carbone.

CIPIVS PIER HIC 0,06

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 269.

3922 ad sin. 3921.

MANDATA TVA 0,022

Descripsimus.

3923 ad sin 3922, litteris altis 0,022.

Descripsimus. — Dedi ex apographo meo charta perlucida exarato . . . . . . *menses?*

3924 infra 3923.

SENA 0,08

Descripsimus.

3925 infra 3920.

SATVRNINE
CVNNVM LINGE
RE NOLI

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 269; Viola *Scavi* 1873—78 p. 57 n. 17.

3926—3931 inter ostia n. 19 et n. 20.

3926 ad sin. n. 19.

DIADVMVS HIC ET VBIQVE

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 269. — IADVMVS *Bull.*; sed postea D a Zangemeistero lecta mihi quoque certa visa est. — *Diadum(en)us.*

3927 infra 3926, carbone.

ABAS | ostium n. 19

Descripsimus.

3928 in muro aedium n. 19, carbone.

SERENAE SODALES SAL

Descripsi. — *Bull. Inst.* 1874 p. 269: *più volte si legge* SERENAE SODALES SAL.

3929 ibidem, carbone.

SERENAE
SODALES
SAL

Descripsi.

3930 ad d. n. 20, carbone.

SERENAe
SAL

Descripsi.

3931 supra n. 3930, carbone.

C V V
S II V

Descripsi.

3932—3943 in membri quod est post tabernam n. 20 pariete qui intranti adversus est carbone scriptae.

3932

[3932]
Descripsi anno 1873 recens effossam sed iam tum lectu difficillimam; nunc prorsus evanuit. Dedi ex apographo meo, in quo conficiendo complures dies consumpsi. In vss. 1—3 distichon latet:

. . . . dolete puellae
P(a)edi[cat . . . .] cunne superbe va(le).
4 *Ampliatus toties*
. . . .
. . . . . scribet toties venit
hoc quoque fututui futui
carbine (cardine?) . . negate . . . locoru(?) car
hic
recareas meo . . . . . .
ara

3933 ad d. 3932.

IARINVS

Descripsi.

3934 infra 3933.

IARINVS CVM ATHETO HIC

Descripsi.

3935 ad d. 3933.

FIISTVS HIC FVTVIT ///// COM SODALIBVS

Descripsi.

3936 infra 3935.

AMPLIATVS
caput hominis coronatum

Descripsi.

3937 supra HIC 3935.

//////S CVM HIERONE

Descripsi.

3938 supra tituli 3935 partem extremam.

IARINVS HIC CVM
ATHETO
FVTVIT

Descripsi.

3939 infra 3938.

IARINVS

Descripsi.

3940 ad d. 3939.

AMPLIATE AFER
VBIQVE

Descripsi.

3941 ad d. 3940.

AMPLIATVS CVM
SVIS SODALIBVS HIC

Descripsi.

3942 ad d. 3941.

*am*PLIATVS AFER HIC
FVTVIT CVM SVIS
SODALIBVS

Descripsi

3943 infra 3941.

MONTANVS CVM
CERIALE FRATRE

Descripsi.

3944—3963 in insulae latere meridionali.

3944 ad d. tabernae n. 23.

SICCIVS 0,01

Descripsimus.

3945 infra 3944.

MIIS 0,02

Descripsimus.

3946—3952 in peristylio aedium n. 24, quas cauponam fuisse e 3948 conicias.

3946 in muro occidentali.

C·SICCIVS 0,012

Descripsimus.

3947 supra 3946.

VIIIII

Descripsimus.

3948 in muri quo columnae ad septentrionem continuantur ea parte quae ad columnas et ad meridiem conversa est, in tectorio rudi.

TALIA TII FALLANT
VTINAM MIIDACIA COPO
TV VIIDIIS ACVAM IIT
BIBIIS IPSII MIIRVM
cervus

Descripsi anno 1873 recens effossam; mox prorsus evanuit. Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 252, inde Viola *Scavi* 1873—78 p. 57 n. 25; Niccolini II *Descr. gener.* p. 77. III *Mestieri e industrie* p. 5; Buecheler Anth. n.930, qui observat pentametrum corrigi posse: *nam tu uendis aquam sed*, vel *uendis aquam nobis et.* De *acuam* trisyllabo vide Lachmannum ad Lucr. VI 552 et Ritschelium Opusc. II 604.

3949 in eiusdem muri latere orientali, in tectorio rudi.

AVRVAM 0,012

Descripsimus.

3950 in columnae primae a sept. tectorio rubro, litteris quadratis.

NICANOR 0,024
NICA

Descripsimus.

3951 in columnae tertiae a sept. tectorio rudi, litteris altis 0,12—0,22.

Descripsimus. Dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. *Re-st(it)utus (dicit: ?) Restetuta pone(?) tunica(m?) rogo redes(?) pilosa co.*

3952 in pila quae est in peristylii latere meridionali, a meridie, carbone, lectu difficilis.

Q·VERANIVS RVFVS·C·POMI.O .IIVS CALVS
/ VEDIVS· SIRICVS C... SANT///III..
*te*RENTIVS FELIC..D ...

Descripsi recens effossam; mox evanuit. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 56; Viola *Scavi* 1873—78 p. 59 n. 31.
1 *Pomponius.* — 3 RETIVS Viola. — *Felicio.*

3953—3963 in aedibus n. 28.

3953 in ostii pariete sin., in tectorio gilvo, litteris altis 0,06.

Descripsimus. — *Ariste?* quod inter T et E videtur, fortasse laesio tectorii est ipsa inscriptione antiquior.

3954 ad d. 3953, alia manu.

VA TE REM 0,06

Descripsimus.

3955 infra 3954.

VIINVSTVS 0,006

Descripsimus.

3956 in ostii pariete dextro, in tectorio gilvo.

OONVSCVR 0,018

Descripsimus.

3957 infra 3956.

PRIMINIA 0,026

Descripsimus. — *Primi(ge)nia.*

3958 in atrii pariete anteriore, intranti a sin., inter ostium et portam tabernae, in tectorio rubro.

VIIII IDVS DIICIIIIIIBRIIS

Descripsimus.

3959 ad d. 3958, inferius.

VIINVSTOS 0,008

Descripsimus.

3960 infra 3958.

VENVSTVS 0,003

Descripsimus.

3961 infra praecedentes.

IIRMIIS IAN IDVS

Descripsimus.

3962 in atrii pariete postico, ad sin. tablini, in tectorio gilvo.

Descripsimus. — *an lign?*

3963 infra 3962.

IIPHIIBVS 0,022

Descripsimus.

REG. I INS. 3.

3964—3967 in cellae, quae est post tabernam n. 1 a dextra, pariete dextro.

3964

Descripsimus. Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 184.
1 *commune* ✱ III — 2 *Successus* ✱ III — 3 *Nicepor sex*; sed XII descripsi a. 1873; suspicor fuisse SIIXII, ut scriptor correxerit SIIX in XII; *se(stertios* conicit Mommsen. — 4 *Amunus* ✱ IV — 5 *Cresi mu vern[a](?)* ✱ IV.

3965 ad sin. 3964, litteris altis 0,008.



Descripsimus. Dedi ex Zangemeisteri apographo.
1 *Cresim pl*, cetera obscura.

3966 ad sin. 3965, superius.

IITYM//// 0,013
IITYMVS

Descripsi.

3967 ad sin. 3966, inferius.

IV
VIII
VIII

et inferius:

VIIII I
VI

Descripsi.

3968—3993 in peristylio aedium n. 3.

3968 in pariete anteriore, ad d. scalarum quibus ab atrio in peristylium ascenditur.

TII
FIILATORIIC/TMIII\
SIICVNDO

Descripsi.

3969 in pariete anteriore inter portam primam et secundam a meridie.

HERMEROS 0,01

Descripsi.

3970—3980 in lateris anterioris columna secunda a sin., in tectorio rubro.

3970 a septentrione.

SABIN 0,025

Descripsimus. In eadem columna, a meridie, SA et B incohata.

3971 infra 3970.

FIRMILLA 0,012

Descripsimus. — FLAMILLA Fiorelli *Descr.* p. 51.

3972 infra 3971.

CVI
CVPITVS · DIC
ATVS

Descripsimus.

3973 infra 3972, litteris altis 0,005.



Descripsimus. — 2 *Firmilla*; cf. 3971.

3974 ad d. 3971, litteris quadratis.

PROBVS 0,03

Descripsimus. — Fiorelli *Descr.* p. 51.

3975 supra 3974.

STATIVS 0,008

Descripsimus. — Fiorelli *Descr.* p. 51.

3976 infra praecedentes.

CORNIILIVS
CARITO PRIMICIINIII
SALVTII PLVRIMA

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 270, adiuncta 3978, et ita quoque Fiorelli *Descr.* p. 51.

3977 ad d. 3976 v. 1.

SVICRIC

Descripsimus. — SIVCRIIC ego *Bull. Inst.* 1874 p. 270, SVCRIO Fiorelli *Descr.* p. 51. — Esse *Circius* inverse scriptum vidit Zangemeister.

3978 ad d. praecedentium.

PRI 0,016
MIG
II N
IVS

Descripsimus.

3979 ad d. 3978, superius.

SVCCIISSVS 0,009

Descripsimus. — Infra hanc et in aliis striis eiusdem columnae multae palmae scariphatae sunt.

3980 ad d. 3979.

CALLVS

Descripsimus. — *(G)allus.*

3981—3988 in lateris anterioris columna tertia a sin.

3981 a septentrione.

XV K AVGVSTA | stria 0,003

Descripsimus.

3982 ad d. 3981.

XV K SEP | stria
XV K SEPTEMB | R

Descripsi.

3983 ad d. 3982.



Descripsi.

3984 infra 3983.



Descripsi.

3985 a meridie.

Q̲ SPVRENNIVS
PRISCVS · PRIM

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 271, ubi v. 2 M dimidiatam dedi; sed extat integra. Infra v. 2 tectorium deest. — Cf. 3992.

3986 infra 3985, litteris quadratis.

RECEPTVS 0,004

Descripsimus.

3987 ad d. 3985.

CRIISTVS 0,005

Descripsimus.

3988 infra 3987.

SA
SABI | stria

Descripsimus.

3989 in lateris sinistri columna secunda, ab occidente.

OLYM 0,016
PIVS

Descripsimus.

3990 in lateris sinistri et posterioris columna angulari, ab oriente.

L STATIVS Ↄ L |
PHILADIILPVS | AESTATIVS Ↄ L 0,004
FVR IIST | stria

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 270, ubi male PHILADIILIVS.

3991 ad d. 3990.

ANTIIROS
ASIATICVS
SALARIVS
IVCVNDVS

Descripsi et edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 270. — 1 ANTIIKOD *Bull.*, et ita satis clare scriptum videbatur. Sed *Anteros* voluisse scriptorem certum est.

3992 in lateris posterioris columna tertia a sinistra, a meridie.

Q̲ SPVRENN|IVS PRISCVS
PRIM | PILAR
PILAR
stria

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 270; Fiorelli *Descr.* p. 51. — 2 PILLR, 3 PILAA *Bull.* — *prim(i)pilar(is)*. — Cf. 3985.

3993 in alia eiusdem lateris columna.

SVCRIISCIINS 0,004

Descripsi.

3994 in cellae quae est post tabernam n. 14 pariete dextro.

caput hominis
/ CAIISIVS
PYCISSVS

Descripsimus. — 2 paenultima littera parum certa.

3995 ad d. 3994.

...CIVS FELATOR
HIES
C IvLIvs

Descripsimus.

3996 in aedium n. 20 tablini pariete dextro.

A MMETVS

Descripsimus. *Admetus? Atimetus?*

3997 ad d. 3996.

AMPLIATVS

Descripsimus.

3998 ad d. ostii n. 21, creta scripta.

SABINVS

Descripsimus.

3999—4003 in cella quae pistrino n. 27 a sin. adiacet.

3999 in pariete adverso.

GLYCO · CVNNVM · 0,06
LINGIT · A · II ·

Descripsimus. — 2 *a(ssibus)*.

4000 infra 3999.

OLIIVM L	A	IV
PALIIA	A	V
FAIINVM	A	XVI
DIARIA	A	V
FVRFVRII	A	VI
VIRIA I	A	...
OLIIVM	A	VI

Descripsimus. — Edidit Fiorelli *Descr.* p. 59. 1 *l(ibra)*. 3 A XVI Fior., et ita haud dubie voluit scriptor. 6 VIRGA I Fior., non recte.

4001 ad sin. 4000.

GLYCO
HALICARIA

Descripsimus.

4002 infra 4001.

IIIII|III
CXXXIII XXXII
CXXIIICXXIX
CXXX

Descripsimus.

4003 in eiusdem cellae pariete dextro.

CXL CXXXIX CLXX
CLXIII CXX... ... CXXII
CXXI CXXX LVI
... CLXXV

Descripsimus. — V. 2 fuisse videtur CXXXIV CXXII; ita enim ratio constat ut summa sit 1175.

4004—4007 in aedibus n. 30.

4004 in ostii pariete sin., in tectorio rudi.

AMIIMPTS 0,01

Descripsi.

4005 ad d. 4004.

AMIANTH 0,008

Descripsimus.

4006 in peristylii lateris anterioris et sinistri columna angulari, in tectorio albo, quod post inscriptionem colore rubro pictum fuerat.

QVIIQVO VII 0,01
NICTII I\CI
HOMINII N
NIIMINII
IIIM NII
MAIOR
MINORII
SIICIO

Descripsi. — Sequebantur alia, quae tectorio recentiore tecta sunt.

4007 in lateris posterioris columna media, a septentrione, in tectorio albo quod postea colore rubro et gilvo pictum fuerat.

TV PVPA SIC VALIIAS 0,015
SIC HABIIAS
VIINIIRII POMPIIANAN...
PROPYTIA>
MVNN
VV\\

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1874 p. 193.
1 IV *Bull.* sed T certum. — *sic valeas — propitia(m)* septenarium esse vidit Buecheler Anth. n. 233.

REG. I INS. 4.

4008—4010 in tabernae n. 6 pariete sin. in tectorio rubro; comparuerunt delapso tectorio posteriore.

4008

0,01 *amat qui scrib*ET PEDICaTuR QVI LEG*et Qui* OBSCVLTaT PRVRIT
*pathicus est qui pr*AETE*ri*T
SCRIBIT *p*IIDICATO*r*
SIIPTV*m*IVS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 31, ubi v. 4 errore typographico cum 4009 coniunctus est.
Cf. 2360. — 4 P non certa; sexta littera III fuisse videtur: extat primae hastae pars infima, quae per se etiam litterae R pars esse posset. Sed cum certa sit V quae praecedit, vix aliud nomen occurrit praeter *Septumius.*

4009 infra 4008 ad d.



Dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Sogliano *N. d. sc.* 1898 p. 42, ubi v. 1 a 2. 3 divisus et cum 4008 v. 4 coniunctus est.
Non expedivi. 2 . . . . . [*q*]*uam* [*p*]*retio a*[*u*]*t precibus v*[*in?*]*citur.* — 3 *adsta* . . . .

4010 supra 4009 ad d.

0,01 DCC... XXXX

Descripsi.

4011 in cubiculi quod est ad d. ostii n. 28 pariete adverso, litteris magnis.

KINNA KINNAA
MOC AMOC

Descripsi.

REG. I INS. 5.

4012 ad sin. ostii n. 2.

M VESONI VOS

Descripsimus. — Fiorelli *Descr.* p. 452; Sogliano *Giorn. d. sc.* III p. 18 n. 2. — M VESONIVS Fior.

4013 infra 4012.

VIA III 0,04

Descripsimus. — Fiorelli *Descr.* p. 452, qui ob hanc inscriptionem oppidi viis numeros indidit; vide *Descr.* p. 30; Sogliano *G. d. sc.* III p. 18 n. 3; Viola *Scavi* 1873—78 p. 60 n. 38.

4014 in tabernae n. 2, qua officina coriariorum aditur, pariete dextro, carbone, in tectorio gilvo.

X /LMICORARIANO

Descripsi.

4015 in atrii quod est post tabernam n. 2 pariete adverso, carbone, in tectorio gilvo.

PR NON IANVAR

Descripsi.

REG. V INS. 1.

4016 in aedium n. 7 (*casa del torello*, *domus T. Pont. Successi*) oeco qui est ad sin. tablini, in muro adverso.

ACCIPE MARS VETORS 0,07

in litteris TOR eadem manu scriptum est MAR

Descripsimus. — *ve(c)ors*; sed VETORS clare scriptum est. De harum aedium peristylii columnis vide Alphabeta.

4017 inter n. 13 et 14.

D CCCCC
D CCCCLXXXX S
D CCCLXXXXVIIII S

Descripsimus.

4018 ad d. inferius.

ROMAN 0,14

Descripsimus.

4019 inter eadem ostia, carbone.

FELIX V
Ↄ · C

Descripsimus.

4020 ad sin. n. 15 in tectorio rudi.

LVCIVS 0,2

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1877 p. 131 n. 6.

4021 infra 4020.

TELESIVS 0,85

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1877 p. 131 n. 7.

4022 in ostii n. 15 anta sinistra.

MIIN 0,03

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1877 p. 131 n. 5.

4023 in ostii n. 15 anta dextra, in tectorio gilvo.

FELICLA VIRNA A II 0,035

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1877 p. 131 n. 3. — *virna* pro *verna* fortasse 1480.

4024 infra 4023.

M II N A N D II R
BIILLIS MORIBVS
AIIRIS ASS II

Descripsimus. Edidi *Bull. Inst.* 1877 p. 131 n. 4. Sogliano *Not. d. Sc.* 1876 p. 27 n. 2. Viola *Scavi* 1873—78 p. 57 n. 24. — 3 VIRIS Sogl. — Ad *bellis moribus* cf. p. 465 ad 2202.

4025 ad d. n. 15 in tectorio gilvo.

SVCCIISSA VIIRNA 0,022
BELLIS MORIBVS
corona A P palma

Descripsimus. Edidi *Bull. Inst.* 1877 p. 131 n. 1. Sogliano *N. d. sc.* 1876 p. 27 n. 1. Viola *Scavi* 1873—78 p. 57 n. 23. — 1 SVCCIIS PVIIRVM Sogl. 3 om. Sogl.

4026 infra 4025.

SVCCIISSA 0,025

Descripsimus. Edidi *Bull. Inst.* 1877 p. 131 n. 2.

4027 infra 4026.

BALAI

Descripsimus.

4028 in tabernae n. 17 pariete adverso, litteris altis 0,02.

LI CINIVS

Descripsi. — *Licinius*?

4029 ad d. n. 17.

0,023 HIC EGO BIS F V TVI
FORMAII CII

Descripsimus.

4030 ad d. 4029; digito scripta esse videtur.

DVOBVS 0,12

Descripsimus.

4031 infra 4030.

..IC ROMA 0,006

Descripsimus.

4032 infra 4031.

SAMATISSA 0,007

Descripsimus.

4033 infra 4032.

SARNVS 0,025

Descripsimus.

4034—4060 in aedibus n. 18.

4034 in ostii pariete sin. in tectorio nigro.

QVARTILA
FVFICIA 0,025
TV/IIRITI CO
FILIA

Descripsimus. — V. 3 lectionis incertae: *Tu . . riti co(ponis)*?

4035 ibidem.

QVATI 0,007—0,015

Descripsimus.

4036 in ostii pariete dextro.

CONTI V RE O
SIQVA
C TIT QVATIT

Descripsimus. — 1 *conti[c]u[e]re o(mnes)* Verg. Aen. II 1.

4037 in atrii pariete sinistro, inter triclinii portam et fenestram, in tectorio rubro.

IIMIMIMVSOMA 0,008

Descripsimus.

4038 in atrii pariete sinistro, in fenestrae triclinii margine inferiore

1 XIIII III

in eodem pariete inferius, a sin. ad d.

2 XX 3 XXV 4 XXVIII

Descripsi.

4039 in atrii pariete dextro, a sin. ad d.

1 VIII IIIIII 2 IIIIIVIIIII

3 IIIIIIIIIIIII 4 IIIIIIIIIIIII 5 IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII
6 IIIIIII 7 IIIII 8 IIIIIIII
9 IIIIIIIIIIIIIII 10 IIIIIIIIIII 11 LVIIII
12 IIIIIIIIII 13 V 14 IIII
15 XXXXXIII 16 XIIS 17 V 18 VI
19 IIIIIII 20 IIIII VIII III 21 ++++++++
22 VI 23 VIII 24 XVIIII 25 XXII
26 IIIXCVX 27 XVI XXI 28 XV
29 XXXX 30 VIIIIS 31 XVIS 32 XII

Descripsi.

4040 in atrii pariete anteriore, intranti a d., a sin. ad d.

1 IIIII 2 ++++++++ 3 IIIIII 4 XX

Descripsi.

4041 in triclinii, quod est in atrii latere sin., pariete sinistro.

M CAES 0.05

Descripsimus.

4042 in tablini pariete dextro, in tectorio rubro.

PELIAS 0,018
ALCESTIS

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1879 p. 60. — In cubiculo quodam harum aedium Admeti et Alcestidis historia pictura repraesentata est. Sogliano *Pitt. mur.* 506.

4043—4048 in triclinio cuius ingressus est primus ad sin. peristylii.

4043 in pariete sinistro.



Descripsimus. — *rubenses*?

4044 in pariete adverso, in tectorio gilvo.

VII K
PRIM
VI·K 0,012
FELIX
V·K
GERMANVS

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1877 p. 66; Sogliano *N. d. sc.* 1876 p. 27. I VI K Sogl.

4045 in pariete ingressus, in tectorio nigro.

XII K IAN 0,02
PRIMVS FELIX
XI E
G
X K FELIX
IX K FELIX
IIX K
G
VII K II
G

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1877 p. 66; Sogliano *N. d. sc.* 1876 p. 27 om. vss. 3. 4. 8. 10.

4046 infra 4045.

1 III 2 XIII 3 IIIIIIIIIIII

Descripsimus.

4047 ad d, 4045 in tectorio gilvo.

CIGROTVII
AB H\R 0,008
M VOLII
VIII

Descripsimus. — 4 parum clarus.

4048 in eodem pariete prope portam carbone.

R FELICVLAE S(*al*) 0,07

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1877 p. 65.

4049 in peristylii pariete sin., ad sin. exedrae.

RVFI·NI CV·BICV·LVM S

Descripsimus. — De Rufino cf. 3409.

4050 in triclinii quod est in peristylii latere sin. ad d. exedrae, pariete sin., in pictura Sogliano *Pitt. mur.* 117.

HIC IVDICES

Sogliano *N. d. sc.* 1876 p. 14, *Pitt. mur.* 563, ad quam picturam, Paridis iudicium repraesentantem, quae in eodem triclinio extat, inscriptio haud dubie referenda est ita ut dicta sit a Mercurio. Nos frustra quaesivimus

4051 in cubiculi, quod est in peristylii latere sin. ultimum, pariete adverso, in tectorio coloris incerti.

TI COMNIS 0,008
OLITHVS

R IICTVS

Descripsimus. — 1 *Ti. Com(mu)nis?*

4052 in eiusdem cubiculi muro dextro prope portam.

VI K FE 0,006
VII S I C I I I I

Descripsimus.

4053 ad d. 4052.

Dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — *S(b)urrento?*

4054 in peristylii columna lateris anterioris tertia a d., meridiem versus, in tectorio rubro.

Descripsimus. — Cf. 4043. 4049.

4055 in peristylii lateris sin. columna secunda, orientem versus, in tectorio rubro litteris subtilibus.

QVORVMC
PRIMVIS

Descripsimus. — 1 *quorumq?*

4056 in eiusdem lateris columna tertia, septentrionem versus, in tectorio rubro.

0,045

et ad d.:

BA

Descripsimus.

4057 in eadem columna, in tectorio rubro antiquiore.

Descripsi. — *Cllerigenes?* vix aliud esse potest.

4058 in eadem columna, inter septentrionem et orientem, in tectorio rubro.

XXXXXII 0,05

Descripsimus.

4059 in eiusdem lateris columna quarta, in tectorio rubro.

ROMA 0,04

Descripsimus.
Infra hanc duo alphabeta.

4060 in lateris sin. et posterioris columna angulari, ab oriente, in tectorio rubro litteris subtilibus.

AEMVSI
BCN
AINEIS
animal

Descripsimus.

4061 ad d. n. 18 in tectorio nigro, litteris altis 0,06.

RONI

Descripsimus. — *Romanus.*

4062 ad d. 4061 in tectorio nigro, litteris subtilibus.

Dedi ex apographo meo. — *Musicus qu[o]d bibere optat lig . . . .?*

4063 ad d. 4062 superius, in tectorio rubro.

TITIVS DIOGENES TVQVII VI 0,006

Descripsimus. — TV QVII et q. s. fortasse alia manu.

4064 infra 4063 in tectorio nigro.

RVFVS 0,015

Descripsimus.

4065 ad sin. 4064 in tectorio nigro.

AMPLIATVS 0,035

Descripsimus.

4066 infra 4062 in tectorio nigro.

DAPHNICVS CVM FELICLA SVA HIC 0,015

Descripsimus.

4067 infra 4066 admodum evanida et admixtis lineis alienis obscurata.

IVSI CVM FRONTO

Descripsit Zangemeister. — Quarta littera fortasse aliena.

4068 prope praecedentes.

N FRONTO

Descripsit Zangemeister.

4069 ad d. 4066, inferius, in tectorio nigro.

AMPLIATVS 0,015
MARTIALIS
IANVARIVS
ONIISIMVS
IVSTVS

Descripsimus.

4070 inter n. 19 et n. 20, in tectorio nigro.

VIINIIRANDVS 0,02

Descripsimus.

4071 supra 4070 ad sin.

CVRIOSVS VITALIO 0,01
SAB

Descripsimus.

4072 inter n. 20 et n. 21, in tectorio rubro.

IANVARIVS 0,017

Descripsimus.

4073 inter n. 21 et n. 22 in tectorio rubro, litteris subtilissimis.

RVSTICVS 0,005
RVFINA

Descripsimus.

4074 in tabernae n. 25 pariete anteriore, in tectorio rudi.

PRI K · AVGVSTA
PIIRGAMV·X XVS

Descripsimus.

4075—4092 in aedibus n. 23. 26, L. Caecili Jucundi.

4075—4077 in aedium parte septentrionali, quae a n. 23 aditur.

4075 in tablini pariete dextro, in tectorio nigro, litteris quadratis.

I S DEQVI 0,042
animal
tria hominum capita cervus

Descripsimus.

4076 in andronis qui est ad sin. tablini pariete dextro in tectorio rudi.

IIVMA 0,01

Descripsimus.

4077 in triclinii quod est ad ad sin. tablini pariete adverso, supra hominis altitudinem in tectorio rubro et gilvo, litteris altis 0,012—0,042.

Descripsi et contuli. Dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. *(l)ocus (t)r(u)finae?*

4078—4092 in aedium parte meridionali, quae a n. 26 aditur.

4078 in tablini pariete dextro, supra picturam Satyri cum Maenade Sogliano *Pitt. mur.* 233; distat a pavimento m. 3.

KAI MIN ΦWNH 0,04

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1876 p. 233; Viola *Scavi* 1873—78 p. 60 n. 37. — Est versus Homerici initium.

4079 in andronis qui est ad sin. tablini pariete dextro, in tectorio nigro.

INNOCIIS 0,03

Descripsimus.

4080 ad sin. 4079 eadem manu.

NON SVJIII NO CIIS 0,012

Descripsimus.

4081 ad sin. 4080.

IIROS

Descripsimus.

4082 in peristylii pariete dextro, infra picturam obscenam Sogliano *Pitt. mur.* 659, in tectorio rubro

NATALI 0,025
NANA

et ad sin.:

NATALIS
NATALIS 0,03
CINIIDVS IIST

et inferius ad d.:

NATA IXS

Descripsimus.

4083—4090 in peristylii columnis.

4083 in porticus anterioris columna secunda a dextra, meridiem versus.

XIIX K IVLIA

Descripsimus. Supra hanc AB.

4084 in eadem columna, inter meridiem et orientem.

VIISTALIIIFGHIKLMNOPQRSTVX

Descripsimus.

4085 in porticus anterioris et sinistri columna angulari, inter meridiem et orientem.

MO
MODIIST 0,008

Descripsimus.

4086 in lateris sinistri columna secunda, ab occidente, in tectorio albo.

ANTII 0,004

Descripsimus.

4087 in columna rubra quae est in peristylii latere adverso ad sin. exedrae, ab oriente.

STAPHILVS HIC CVIIII
QVI.. \

Descripsimus. — *Staphilus hic cum Quieta.*

4088 ibidem.

STAPHILVS CVIIII
QVIIIA

Descripsimus. — 2 *Quieta*; cf. 4087.

4089 in eadem columna, inter orientem et septentrionem.

TI · CLAVDI CAESARIS

Descripsimus.

4090 supra 4089.

Descripsimus. — *Ti. Cla(u)di.*

4091 in exedrae, quae est ad sin. peristylii, pariete dextro, prope ingressum, in tectorio olim minio picto, litteris subtilibus.

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1876 p. 233; Viola *Scavi* 1873—78 p. 56 n. 19. Niccolini III, *casa di Cecilio Giocondo* p. 3. Buecheler Anth. n. 945.

(Quis)quis amat valeat, pereat qui nescit amare. Bis tanto pereat quisquis amare vetat.

4092 in eodem pariete, in tectorio gilvo.

NERO QVIS N 0,009

Descripsimus.

4093 in tabernae n. 27 ingressu, intranti a sinistra, in tectorio rudi.

XXXXIIXXXIII
VEN[›

Descripsimus.

4094 in eiusdem tabernae pariete anteriore, intranti a sinistra, in tectorio rudi.

X CLXXV 0,04

Descripsimus.

REG. V INS. 2.

4095—4123 in aedibus n. 4.

4095—4098 in atrio.

4095 in pariete dextro, inter portam primam et secundam in tectorio rubro.

LONGINVS AA /XA 0,014

Descripsi. — LONGINVS . . . . . Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 244.

4096 ibidem inter portam secundam et tertiam in tectorio gilvo, m. 0,91 a pavimento.

AMPHIOBAPMXAΣ 0,021

Descripsimus.

4097 in atrii pariete anteriore, intranti a sin., in tectorio gilvo, albo et rubro.

0,029 LXXXXXVII 0,015

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 111.

4098 infra 4097.

AMISE · PC\XI 0,025

Descripsimus. *P(ondo) CXXV?*

4099—4121 in peristylio.

4099 in pilae quae est intranti peristylium a sin. latere orientali.

CANCA 0,312

Descripsimus. — CANPA[*ni*] Sogliano *Not. d. Sc.* 1884 p. 244. — Cf. 4121.

4100—4121 in peristylii columnis, in tectorio gilvo.

4100 in lateris anterioris et sinistri columna angulari, a septentrione.

FVLLO
CRIISCIIS
COPONI SAL

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. Sc.* 1884 p. 51 n. 17; inde Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 26.

3 . . . . . . NIS Sogl. Littera secunda et V et O esse potest. In fine AL non satis certae, neque constat an additum fuerit VTEM.

4101 in lateris sin. columna secunda, a septentrione.

DINDYMA
ANTENOR

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 51 n. 16.

1 om. Sogl. 2 [*a*]NTEN Sogl.

4102 ibidem, alta 0,23.

FVLLO
CRIISCIIS·
POMPIIIANIS
SALVTIIM

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 51 n. 15; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 26.

4103 in lateris sin. columna tertia, a meridie, alta 0,22.

FVLLO
CRIISCIIS
SVRIINTINIS sic
SALVTII

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 51 n. 12; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 26.

4104 infra 4103 alta 0,11.

FV
QVINTILIVS
CR///ISCIIS

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 51 n. 13; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 26.

1 om. Sogl. Nicc. — *fu(llo).* — 3 CRIISCIIS Sogl. Nicc.

4105 infra 4104, alia manu.

NARCISSVS 0,01

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 51 n. 14.

4106 in eadem columna, a septentrione, alta 0,24.

I'VKKO
CRIISCIIS
SAKINIISIBVS
SAKVTII

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 51 n. 9; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 26.

Salinienses, *Salineses* (128. 1161) incolas fuisse credo pagi qui erat apud salinas; eius conventum habes in inscriptione graphio exarata insulae IX 6. Cf. *Röm. Mitth.* 1889 p. 299.

4107 infra 4106, alta 0,225.

L·QVINTILIVS· I'VKKO
CRIISCIIS HIC
RIIGNATVS.IIST

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1885 p. 250; Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 51 n. 10. 11; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 26.

4108 in lateris sin. columna quarta, a meridie.

SVCESSVS sic 0,045

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 51 n. 8.

4109 in eadem columna, a septentrione, alta 0,19.

I'VKKO·
CRIISCIIS·
STABIANIS·
SALVTII

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 50 n. 1; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 26.

4110 infra 4109, longa 0,15.

SIKIITIOKKV S

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1885 p. 249; Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 50 n. 2.

SILII[*f*]VLLO Sogl. — Litteris S grandioribus et T alta similitudo navis effecta est. Ceterae litterae altae sunt fere 0,006.

4111 infra 4110, scripta et ipsa in similitudinem navis, longa 0,11.

SIKIITIOKKV S

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1885 p. 249; Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 50 n. 3.

SILIIL? LV Sogl.

4112 infra 4111.

CRIISCIIS·I'VKKONIAVS 0,005
VKKVLAQII CANONT
avis

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1885 p. 249; Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 50 n. 4; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 26.

1 in fine *S*[*alutem*] add. Sogl., sed est ultima S tituli 4111. 2 CANVNT Sogl. — Cf. 4118.

4113 infra 4112, longa 0,05.

C CRIISCIIS

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 50 n. 5; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 26.

4114 infra 4113, longa 0,09.

CVM QVIDAM PAVPIIR

Descripsimus. — CVRA QVID AMAVIIR Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 51 n. 7; CVM QVIDAM idem ibidem p. 244. PAVPIIR legit Zangemeister.

Cf. 2386. 3067. 3136 et graphio scriptas in horto VIII 7, 5 et in porticu aedium IX 2, 26.

4115 infra 4114, ad sin., longa 0,08.

CRIISCIIS

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 50 n. 6.

4116 in pila quae in peristylii latere posteriore est prima a dextra, orientem versus, scripta fere ut 4110. 4111, longa 0,11.

SIKIITIOKV S

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1885 p. 449; SILII LICLV S Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 111, *g*.

4117 in eadem pila, a septentrione.

CRIICIIS sic 0,017

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 111, *a*.

4118 infra 4117, longa 0,26.

alia manu: VLVLA EST
CRESCIIS·FVLLONIAVS·IIT·VKVKAII·SVAII·SAL avis

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1885 p. 249; Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 111, *b*; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 26.

4119 infra 4118.

0,042 PRIMVS HIC 0,015

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 111, *d*.

4120 infra 4119.

CRESCES FVLLONIBVS SALVTEM 0,016
HIC ET VBQ

Descripsimus. — Edidi *Bull. Inst.* 1885 p. 250; Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 111, *e*; Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 26.

2 *hic et ubq*, i. e. *ubique*. — IIT·CET VBQ_ Sogliano.

4121 infra 4120.

CANTANVS 0,08

Descripsimus. — Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 111, *f*. Cf. 4099.

4122 in membri quo culina aditur pariete sin.

CATATANVS 0,008

Descripsimus. — CAMPANVS Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 112, Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 29.

4123 in pictura convivium exhibente, quae erat in triclinii quod est pone peristylium pariete dextro, nunc in museum translata.

a supra capita duorum hominum inter se colloquentium.

SCIO 0,014

b ad caput hominis qui ut abeat a servo amicitur.

VALIITIS 0,013

c ad caput servi qui illum amicit

'SISA

d supra caput hominis poculum tenentis

BIBO 0,013

Descripsimus. — Edidi *a d Bull. Inst.* 1885 p. 247. 248, ubi pictura descripta est; easdem Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 48. 49, Niccolini IV *Nuovi scavi* p. 28. 29. — *b. c* descr. Zangemeister. Picturam edidit Niccolini l. c.

a S..LO Sogl. — *b valetis* pro *valete*. — *c* incerta omnia; ultima littera videtur fuisse A.

4124—4126 in aedibus n. 7.

4124 in atrii pariete sinistro, ad d. secundae portae.

ISSVS LI

Sogliano *Not. d. sc.* 1884 p. 244, qui supplet [*Narc*]*issus li*[*bertus*]; inde ego *Röm. Mitth.* 1894 p. 43. Decidit.

4125 in cubiculi, quod est in atrii latere d. secundum, pariete adverso, in tectorio albo.

ᒪPHᑊᑊ MLA 0,04

inferius ad sin., alia manu VIII 0,055

Unaquaeque muri pars suas habet notas, quae in aliis partibus aut non reperiuntur aut rariores sunt, ita tamen ut quae partes easdem habent lapidum tofaceorum notas et quae calcareorum non isdem finibus contineantur. Quod clare apparet ad d. tertiae turris, ubi a prima anteride ad dextram aliae incipiunt lapidum tofaceorum notae, non item calcareorum, e quibus 20 et in hac parte comparet et inter turrim secundam et tertiam. In tofaceis notae parietis exterioris, si excipias 6 = 54 = 145 = 166, nusquam comparent in interiore. In reliquiis quae sunt a porta Herculanensi ad occidentem frequens est 1, quae semel recurrit infra forum q. d. triangulare (175), deest omnino, inter tot alias notas, in oppidi latere septentrionali, nisi quod ibi notae similis (16*a*) unum exemplum extat in lapide calcareo. Paries interior a scalarum fine usque ad anteridem quae est ad d. tertiae turris, sine ipsa anteride, suas habet lapidum tofaceorum notas. Per totum hoc spatium frequentes sunt 25. 31. 32, frequentissima inter turrim secundam et tertiam 71, neque deest nota similis (73) ad sin. primae. Frequentes etiam sunt 57. 70. 77ss. 89. 93. 99 aliae, sed tantum a secunda turre ad orientem; quod tamen casui tribui potest, cum lateat fere sub terra quod interiacet inter turrim secundam et primam. At 85 ss. prope secundam tantum turrim comparent non aliam ob causam quam quod ibi tantum detecta est muri pars inferior, in qua sola haec nota frequens est. Qua de re supra dictum est. Aliae incipiunt notae a supra dicta anteride ad orientem (124ss.), prorsus aliae extant inter portam Capuanam et quartam turrim in parietis interioris lapidibus et calcareis et tofaceis.

Ima lapidum latera nusquam videntur, summa in summo tantum ordine; in his notae non comparuerunt. E quatuor lateribus ad perpendiculum directis haud raro id quod solum conspicitur et quae in anteridis comparent tria notis carent. E contrario in anteridis non ita pauci lapides duo latera notis insignita habent, unus saltem (5. 87*a*. 88) tria. Ullum extare lapidem, qui nota omnino careat, affirmari nequit.

Quod lapidum genera et species suas habent notas, inde recte concludas, in lapicidinis eas incisas esse. Non certe ad muri constructionem pertinent, neque locum lapidi destinatum indicant. Quod si esset, haud dubie dispositionis ratio appareret; et in opere quadrato quivis horum lapidum cuivis loco aptus erat. Indicari notis redemptores, qui lapides praebuerint, obvium est conicere. Quo autem consilio complura saepe eiusdem lapidis latera notis insignita sint, et quid sibi velint duae vel tres unius lateris notae, curve maioribus additae sint minores, hoc plane obscurum est.

5507 1—7 a porta Herculanensi ad occidentem, in lapidibus tofaceis.

1 saepius, *b* nota minore sic aut aliter addita, in utroque parietis interioris latere. Unum exemplum notae *b* in lapidis latere adversa habet 6.

a *b* 

Descripsi. — Richter 1. Marriott p. 63. 73. — Notam *a*, omissa tamen linea media, inter turrim secundam et tertiam, in parietis interioris latere externo se vidisse testatur Marriott; ego diligenter sed frustra quaesivi, neque habet Richter.

Cf. 170.

2 bis in parietis interioris latere externo. Ibidem nota maior semel mutila extat, ut utrum nota minor addita fuerit necne incertum sit.

Descripsi. — Richter 3. Marriott p. 63.

Cf. 109. 110.

3

Richter 2. Frustra quaesivi, neque habet Marriott.

5507 4 *a* (= 2550, 9) *b* singulis vicibus in aedibus VI ins. occid. 13. Cf. 102.

Descripsi. — Marriott p. 63.

5 = 2550, 18 semel in aedibus VI ins. occid. 1, semel in aedibus VI ins. occid. 3—4. — Cf. 19. 53. 54. 124. 139.

Descripsi.

6 semel in aedibus VI ins. occid. 1, in lapide cuius lateri adverso incisa est nota 1. — Cf. 53. 54. 145. 166.

Descripsi.

7 in membri quod portae Herculanensi ab occidente adiacet pariete septentrionali.

Descripsi.

8—24 a scalis, quibus ad d. portae Herculanensis murus conscenditur, ad anteridem quae est secunda ad d. tertiae turris, in lapidibus calcareis.

8 = 3231 ad sin. primae turris, inter anteridem primam et secundam.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 358.

9 bis ad sin. tertiae turris, in sexta anteride; alterum exemplum a latere adverso habet 10.

Descripsi.

10 semel ad sin. tertiae turris, in sextae anteridis lapide qui a latere adverso habet 9.

Descripsi.

11 = 3243 (et 3245?) septies ad sin. secundae turris.

Descripsi. — Richter 12. Marriott p. 65. — Duae hastae directae omissae sunt 3243.
De eadem nota in lapidibus tofaceis vide 45 ss.

12 = 2550, 31 ter ad sin., semel ad d. secundae turris.

Descripsi. — Richter 14. Marriott p. 65.

13 bis ad sin. secundae turris.

Descripsi.

14 semel ad sin. secundae turris.



Descripsi. — Richter 15. Marriott p. 65.

15 semel ad d. secundae turris.

Descripsi. — Marriott p. 67, qui non recte descripsit.

16 *a* = 2550, 11 semel ad d. secundae turris, in prima anteride, in fronte lapidis qui in latere dextro habet 17. *b* ad sin. tertiae turris, inter anteridem sextam et septimam.



Descripsi. — *a* Marriott p. 67.

17 bis ad d. secundae turris; alterum exemplum in fronte lapidis habet 16 *a*. Cf. 146. 176.



Descripsi. — Richter 21. Marriott p. 67. — De eadem nota in lapidibus tofaceis vide 85. 87. 173.

18 semel ad d. secundae turris, in secunda anteride. Cf. 147.

Descripsi. — Marriott p. 67. — De eadem nota in lapidibus tofaceis vide 86.

19 = 5 bis ad sin. tertiae turris, in quinta et in septima anteride.
Descripsi.

20 *a* ad d. secundae turris, in fronte secundae anteridis. *b* bis ad sin. tertiae turris, in sexta anteride et inter quartam et quintam. *c* semel ad d. tertiae turris,, inter anteridem primam et secundam.



Descripsi. — *b*. *c* Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69. 125.

21 semel ad d. 20 *c*.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69, qui non plene descripsit.

22 semel infra 20 *c*.

Descripsi. — De nota simili in lapide tofaceo vide 121.

5507 23 semel ad sin. tertiae turris, in sexta anteride.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 125, *h*.

24 semel ad d. tertiae turris, in prima anteride.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69.

25—123 a scalis, quibus ad d. portae Herculanensis murus conscenditur, ad anteridem quae est prima ad d. tertiae turris, sine ipsa anteride, in lapidibus tofaceis.

25 = 2550, 22. 25 novies ad sin. primae turris, ubi praeterea quatuor exempla extant, quorum partes sub alio lapide latent, ita ut utrum hanc notam an 31 vel 32 exhibeant incertum sit; bis ad d. secundae, bis ad d. tertiae turris.



Descripsi. — Marriott p. 67. Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69.

26 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem tertiam et quartam.

Descripsi.

27 *a* = 3229 semel, *b* = 3232 bis ad sin. primae turris.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 358. 359. — In altero exemplo *b* minor nota altiore loco posita est.

28 semel ad d. secundae turris, inter anteridem quartam et quintam.



Descripsi. — Richter 32, Marriott p. 69, quorum uterque pro nota maiore illam 31 exhibent; sed mihi lineola inferior aliena visa est.

29 *a*. *b* singulis vicibus ad sin. primae turris.

Descripsi. — *a* Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 358.

30 semel ad sin. primae turris.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 360.

31 undecies ad sin. primae, semel ad d. secundae, quater ad sin. tertiae turris. Cf. ad 25.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 358. 361.

32 = 2550, 20 quinquies ad sin. primae, bis ad d. secundae turris. Cf. ad 25.



Descripsi. — Richter 32. Marriott p. 67. 69. Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 358. 361.

33 = 3239 semel ad d. secundae turris, inter anteridem primam et secundam.



Descripsi. — Richter 23. Marriott p. 67.

34 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem quartam et quintam.



Descripsi.

35 ter ad sin. primae turris, nota minore sic aut aliter addita.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 358. 360.

36 = 3225 ter ad sin. primae, semel ad sin. secundae turris.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 358 (ubi linea diagonalis addita). 360. 361.

37 semel ad d. secundae turris, inter anteridem secundam et tertiam.



Descripsi. — Richter 23*b*. Marriott p. 69.

38 = 3242 bis ad sin. primae, semel ad d. tertiae turris.

Descripsi. — Richter 35. Marriott p. 69. Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 359. 361.

39 semel ad sin. primae turris.



Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 361, qui non plene descripsit.

5507 40 semel ad sin. primae turris.



Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 359, qui non plene descripsit.

41 = 3230 semel ad sin. primae turris.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 359, omissa nota minore, quae deest etiam 3230.

42 semel ad sin. secundae turris, ad d. primae anteridis.

Descripsi.

43 semel ad sin. primae turris, in tertia anteride.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 361. — Quae a d. addit Sogliano incertissima sunt.

44 (= 3227?) semel ad sin. primae turris, inter anteridem secundam et tertiam.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 360.

45 = 11 semel ad sin. secundae turris, inter anteridem primam et secundam.
Descripsi. — Richter 12.

46 semel ad sin. secundae turris, ad d. primae anteridis.

Descripsi.

47 semel ad sin. secundae turris, ad d. primae anteridis.



Descripsi.

48 = 3233 semel ad d. secundae turris, in prima anteride.



Descripsi. — Richter 28*c*. Marriott p. 67.

49 semel ad sin. secundae turris, ad d. primae anteridis.

Descripsi.

50 semel ad sin. secundae turris, ad d. primae anteridis.

Descripsi.

51 singulis vicibus ad d. secundae turris, prope terram, *a* inter anteridem primam et secundam, *b* in secunda anteride.

a *b*

Descripsi.

52 ad sin. tertiae turris, inter anteridem secundam et tertiam.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 70.

53. 54 = 5. 6. Hae duae notae non semper satis clare inter se distinguuntur. Rarior est 53; haud dubie tamen extat bis ad sin. secundae turris, singulis vicibus ad d. secundae turris in tertia, ad sin. tertiae in quarta anteride, ibidem inter anteridem quartam et quintam, ad d. tertiae turris. Ambarum inter secundam turrim et tertiam extant exempla, si recte numeravi, septemdecim, duo ad d. tertiae ante primam anteridem. — Cf. 19. 124. 139. 145. 166. Saepius praeterea 53 aliis notis addita est.
Descripsi fere omnia exempla. — Richter 17. Marriott p. 69—73.

55 semel ad sin. secundae turris, ad d. primae anteridis.

Descripsi.

56 = 2550, 29 = 3244 bis ad sin., semel ad d. secundae turris.

Descripsi. — Richter 18. Marriott p. 65. 69.

57 = 2550, 35 tricies septies inter turrim secundam et tertiam, semel ad d. tertiae turris. Unius exempli, ad sin. tertiae turris inter quintam et sextam anteridem, pars inferior latet post anteridem, ut an sit 70 dubites. Unum incisum est fronti lapidis qui in latere dextro habet notam 54.

Descripsi. — Richter 26. Marriott p. 67. 69. 71. Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69. 70.

58 = 3238 undecies inter turrim secundam et tertiam, semel ad d. tertiae turris.

Descripsi. — Marriott p. 71. Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 70. 125. — Unius exempli (Marriott l. c.) pars superior periit.

5507 59 singulis vicibus *a* ad d. secundae turris, inter anteridem secundam et tertiam, *b* ad sin. tertiae turris, inter anteridem nonam et decimam.

Descripsi. — Richter 26. Marriott p. 69. 71.

60 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem quintam et sextam.

Descripsi.

61 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem quintam et sextam.



Descripsi.

62 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem sextam et septimam.

Descripsi.

63 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem primam et secundam.

Descripsi.

64 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem sextam et septimam.



Descripsi.

65 semel ad sin. tertiae turris, *a* in quintae anteridis latere sinistro, *b* ante primam anteridem.

Descripsi.

66 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem secundam et tertiam.



Descripsi.

67 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem primam et secundam.

Descripsi.

68 semel ad d. secundae turris, inter anteridem undecimam et duodecimam.

Descripsi. — Richter 26, Marriott p. 71, uterque additis lineis quibusdam, quas alienas duxi.

69 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem quartam et quintam.



Descripsi.

70 = 3237 semel ad d. secundae turris, inter anteridem primam et secundam.

Descripsi. — Richter 27. Marriott p. 67.

71 tredecies inter turrim secundam et tertiam.

Descripsi. — Richter 20. Marriott p. 67. 69. Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 360.

72 semel d. secundae turris, inter anteridem octavam et nonam.

Descripsi. — Marriott p. 71.

73 = 3226 semel ad sin. primae turris.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 360, omissa nota minore. — Richter ad 20 has duas notas coniunctas semel inter turrim secundam et tertiam extare affirmat. Ego frustra quaesivi, neque habet Marriott.

74 semel ad d. secundae turris, inter anteridem tertiam et quartam.



Descripsi. — Richter ad 20. Marriott p. 69.

75 semel inter turrim secundam et tertiam.

Richter 23*a*. Ego frustra quaesivi, neque habet Marriott.

76 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem quintam et sextam.

Descripsi.

77 semel ad sin. tertiae turris, ad d. quintae anteridis.



Descripsi. — In lapidis parte sinistra, quae latet post anteridem, aliae notae extare possunt.

5507 78 semel ad d. secundae turris, in secundae anteridis latere dextro.



Descripsi. — Richter 28*d*. Marriott p. 67. — Minorem notam om. Marriott. — Non recte Richter addit notam 85, quae extat in eiusdem lapidis latere sinistro.

79 semel ad d. secundae turris, inter anteridem primam et secundam.

Descripsi. — Richter 28*b*. Marriott p. 67. Notae sinistrae pars sinistra latet post anteridem.

80 *a* ter, *b* semel ad sin. tertiae turris.

Descripsi. — *a* Richter 28*a*, Marriott p. 71.

81 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem quintam et sextam.



Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 125.

82 semel ad d. secundae turris, inter primam et secundam anteridem, prope terram.



Descripsi.

83 singulis vicibus ad d. secundae turris, *a* in primae, *b* in secundae anteridis latere sinistro.

Descripsi. — *a* Marriott p. 67. — Has tres notas aliter coniunctas exhibet Richter 28*d*; ego frustra quaesivi, neque habet Marriott.

84 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem quartam et quintam.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 125, *a*.

85 = 17 = 2550, 23 bis ad sin., quindecies, si recte numeravi, ad d. secundae turris, in muri parte inferiore. Ex his exemplis quatuor, ad d. secundae turris in anteride prima et secunda, extant in duorum lapidum lateribus dextris et sinistris, unum in latere sinistro eius lapidis qui in fronte habet 109, unum in latere sinistro eius qui in dextro habet 78.

Descripsi. — Richter 21. Marriott p. 67.

86 = 18 bis ad d. secundae turris, in primae anteridis fronte et inter anteridem secundam et tertiam.

Descripsi. — Marriott p. 67, qui p. 65 etiam notae 85 exemplo quod est ad sin. secundae turris, lineolam mediam addit; hanc tamen incertam iudicavi.

87 singulis vicibus ad d. secundae turris, *a* in prima anteride, in latere dextro lapidis qui in fronte habet 5, in latere sinistro 88, *b* (= 3236) et *c* inter anteridem primam et secundam, *d* inter secundam et tertiam.



Descripsi. — Marriott p. 67. 69; cf. Richter ad 21 et ad 22.

88 semel ad d. secundae turris, in prima anteride, in latere sinistro lapidis qui in latere dextro habet 87*a*, in fronte 5.

Descripsi. — Richter 22. Marriott p. 67.

89 = 2550, 24 semel ad sin., novies ad d. secundae turris.

Descripsi. — Richter 23. Marriott p. 67. 69.

90 quater ad d. secundae turris, sic aut aliter addita nota minore.

Descripsi. — Richter 23. Marriott p. 67. Quintum exemplum addit Richter 6, a porta Herculanensi ad occidentem; sed ibi maior nota incertissima mihi visa est; non habet Marriott.

91 semel ad d. secundae turris, inter anteridem quintam et sextam.

Descripsi. — Richter ad 23. Marriott p. 69.

92 semel ad d. secundae turris, inter anteridem secundam et tertiam.



Descripsi. — Richter 23*a*. Marriott p. 69. Uterque lineas alienas addidit.

93 ter ad d. secundae turris.

Descripsi. — Richter 24. Marriott p. 69.

94 semel ad d. secundae turris, in quintae anteridis latere dextro.

Descripsi. — Marriott p. 69. Alterum exemplum descripsit Marriott l. c. in sextae anteridis latere dextro, sed est 93.

95 semel ad d. secundae turris, ad sin. sextae anteridis.

Descripsi. — Marriott p. 69.

5507 96 semel ad d. secundae turris, in sexta anteride.

Descripsi. — Marriott p. 69, qui lineolam recto angulo additam omittit.

97 semel ad d. secundae turris, in quinta anteride.

Descripsi. — Marriott p. 69, omissa nota minore.

98 semel ad d. secundae turris, ad sin. notae 95.

Descripsi. — Richter ad 24. Marriott p. 69.

99 = 2550 (ubi male descripta) = 3255 quinquies inter turrim secundam et tertiam.

Descripsi. — Richter 20. Marriott p. 71.

100 ad d. secundae turris, *a* in octavae anteridis latere dextro, in lapide qui ab altero latere habet 115, *b* semel inter anteridem undecimam et duodecimam.

Descripsi. — Richter ad 30. Marriott p. 71.

101 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem tertiam et quartam.



Descripsi. — Pars sinistra latet post anteridem. Sunt notae 104 et 99 coniunctae.

102 = 4*a* semel ad d. secundae turris, ante primam anteridem, prope terram.
Descripsi.

103 semel ad d. secundae turris, inter anteridem primam et secundam, prope terram.

Descripsi.

104 quater inter turrim secundam et tertiam, semel ad d. tertiae.

Descripsi. — Richter 29. Marriott p. 71. Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69. Ad sin. secundae turris semel extare dicit Richter 13; ego frustra quaesivi, neque habet Marriott. — Cf. 125. 126.

105 quinquies ad sin. tertiae turris; duo exempla in duobus lateribus eiusdem lapidis.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 125, *c*.

106 bis ad sin. tertiae turris.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 70.

107 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem quartam et quintam.



Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 125, *d*.

108 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem tertiam et quartam.

Descripsi.

109 = 3240 ad d. secundae turris, in secunda anteride, in fronte lapidis qui a sin. habet 85, a d. reliquias incertas.



Descripsi. — Richter 36*a*. Marriott p. 67.

110 = 2550, 30 = 3241 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem quintam et sextam.

Descripsi.

111 quinquies inter turrim secundam et tertiam.

Descripsi. — Richter 25*b*. Marriott p. 71. Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 125.

112 ter inter turrim secundam et tertiam.

Descripsi. — Richter 25*a*. Marriott p. 71.

113 semel ad d. secundae turris, inter anteridem secundam et tertiam.

Descripsi. — Richter 36. Marriott p. 69.

114 = 3234 semel ad d. secundae turris, inter anteridem tertiam et quartam.

Descripsi. — Marriott p. 69.

115 semel ad d. secundae turris in octavae anteridis lapide qui ab altero latere habet 100 *a*.

Descripsi. — Richter 31*b*. Marriott p. 71. — Non est 57.

5507 116 semel ad d. secundae turris, inter anteridem octavam et nonam.

Descripsi. — Marriott p. 71, qui non recte descripsit.

117 semel ad d. secundae turris, in nona anteride.

Descripsi. — Marriott p. 71.

118 semel ad d. secundae turris, in decima anteride, in fronte lapidis qui in latere dextro habet 5.

Descripsi. — Richter 31*c*. Marriott p. 71.

119 bis ad d. secundae turris, inter anteridem nonam et decimam.

Descripsi. — Richter 31*a*. Marriott p. 71.

124—135 ab anteride quae est prima ad d. tertiae turris ad orientem, in lapidibus tofaceis.
De lapidibus calcareis huius partis vide 8—24.

124 = 5. 19. 53 semel inter anteridem primam et secundam, semel in secunda, in fronte lapidis qui a sin. habet 135.
Descripsi.

125 semel inter anteridem primam et secundam.

Descripsi. — Ab 104 divisi, quod manifeste alia manu incisa est, ea scilicet quae incidit 129 ss.

126 semel in prima anteride.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69.

127 semel inter anteridem primam st secundam.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69.

128 semel inter anteridem primam et secundam.



Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69.

129 semel inter anteridem primam et secundam.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69.

120 semel ad sin. tertiae turris, in anteride octava.

Descripsi.

121 ter ad sin. tertiae turris, inter anteridem sextam et octavam.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 70. — De nota simili in lapide calcareo vide 22.

122 semel ad sin. tertiae turris, inter anteridem secundam et tertiam.

Descripsi.

123 semel ad d., semel ad sin. tertiae turris. Huius ultimi exempli pars sinistra latet post primam anteridem.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69. Cf. 133.

130 *a—c* singulis vicibus inter anteridem primam et secundam.



Descripsi.

131 semel inter anteridem primam et secundam.

Descripsi.

132 semel inter anteridem primam et secundam.

Descripsi. — Cf. Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69. 125.

133 semel inter anteridem primam et secundam.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 69.

134 semel inter anteridem primam et secundam.

Descripsi. — Cf. 123.

135 singulis vicibus in prima et in secunda anteride, in latere sinistro lapidis qui a fronte habet 124.

Descripsi.

5507 136—145 in muri pariete exteriore, inter portam Herculanensem et Vesuvianam.

136 in lapide calcareo, inter turrim primam et secundam.

Descripsi. — Richter 11. Marriott p. 65.

137—145 in lapidibus tofaceis.

137 = 3246 ter extra portam Herculanensem, exeunti a dextra, in lapidum latere dextro, quod apparuit postquam ad ampliandam portam muri pars dempta est.

Descripsi. — Richter 4. Marriott p. 65.

138 = 2550, 1 semel prope portam, in loricae latere interno.

Descripsi. — Richter 5. Marriott p. 65. Non esse 57 mihi certum visum est. Plane incerta est nota similis, quam exhibet Marriott p. 71, inter turrim secundam et tertiam, in muri pariete interiore.

139 = 5. 19. 53. 124 bis ibidem.
Descripsi. — Richter 6. Marriott p. 65. — Alteri exemplo Richter addit notam 89, quae tamen incertissima mihi visa est.

140—143 singulis vicibus inter turrim primam et secundam, in latere externo.

140

Descripsi. — Richter 7. Marriott p. 65. Cf. 157.

141

Descripsi. — Richter 8. Marriott p. 65. Cf. 157.

142

Descripsi. — Richter 9. Marriott p. 65.

143

Descripsi. — Richter 10. Marriott p, 65.

144 = 117 semel prope portam Vesuvianam, ab occidente, in parietis exterioris latere externo.
Marriott p. 71; ego frustra quaesivi.

145 = 6. 54 semel in muri parte prominente, portae Vesuvianae ab occidente.
Descripsi. — Notae lineola superior periit.

146—165 inter portam Capuanam et quartam turrim, in parietis interioris ea parte quae supra muri superficiem eminet, a latere externo.

146—150 in lapidibus calcareis.

146 = 17. Duo exempla descripsit Richter, e quibus unum est 147 = 18, alterum frustra quaesivi, neque habet Marriott.

147 = 18 semel.
Descripsi. — Richter 38, qui lineolam mediam omisit.

148 = 2550, 10 semel.

Descripsi. — Richter 41. Marriott p. 73.

149 semel.

Descripsi. — Richter 40.

150 semel.

Descripsi. — Richter 42.

151—165 in lapidibus tofaceis.

151 semel.

Descripsi.

152 sic aut similiter tribus exemplis, e quibus unius pars superior periit.

Descripsi. — Marriott p. 73.

153 semel.

Descripsi. — Marriott p. 73.

154—156 singulis vicibus.



Descripsi. — Marriott p. 73.

157 infra 152.

Descripsi. — Cf. 140. 141.

5507 158 tribus exemplis; semel praeterea, lineola superiore detrita, in muri parte prominente, portae Vesuvianae ab occidente.

Descripsi. — Richter 37. Marriott p. 73. Richter quater hanc notam cum 163 coniunctam esse dicit; ego frustra quaesivi.

159 = 2550, 12.

Richter 37. — Frustra quaesivi, neque habet Marriott.

160 semel.

Descripsi. — Cf. Richter 37.

161 semel.

Descripsi. — Paullo aliter descripsit Marriott p. 73.

162 semel.

Marriott p. 73; frustra quaesivi.

163

Richter 37*a*, qui semel solam, quater cum 158 aut 159 extare dicit; ego frustra quaesivi, neque habet Marriott.

164 semel.

Descripsi. — Nota minor incerta est.

165 semel.

Descripsi.

166—172 inter portam Vesuvianam et Sarnensem in pariete exteriore.

166—167 in lapidibus calcareis.

166 = 6. 54. 145 semel inter quartam turrim et portam Nolanam, in parietis exterioris latere externo, saepius in portae Nolanae parte exteriore.
Descripsi.

167 semel inter portam Nolanam et quintam turrim, in muri parietis exterioris latere externo.

Descripsi. — Richter 45.

168—172 in lapidibus tofaceis.

168 = 2550, 2 semel inter turrim quartam et portam Nolanam, in parietis exterioris latere externo.



Descripsi.

169 infra 168.

Descripsi. — Cum 168 coniuncta 2550, 2.

170 semel inter portam Nolanam et quintam turrim, in parietis exterioris latere externo.



Descripsi. — Richter 43.

171 = 114 = 2550, 3. 4 bis ibidem.
Richter 44. Non vidi.

172 = 118 semel inter quintam turrim et portam Sarnensem, in parietis exterioris latere externo.
Descripsi.

173—178 in oppidi latere meridionali.

173—174 in lapidibus calcareis.

173 = 17. 146 semel infra forum q. d. triangulare, ab occidente, in anteridis internae latere septentrionali.
Descripsi.

174 semel ibidem, in lapidis latere interno.

Descripsi.

175—178 in lapidibus tofaceis.

175 = 1*a* semel infra forum q. d. triangulare a meridie.
Descripsi. — Marriott p. 73, qui aliena addidit.

176 = 17. 146. 173 semel ibidem ab occidente, infra 173.
Descripsi.

177 semel ibidem, in lapidis latere interno.

Descripsi.

178 semel in parietis interni reliquiis quae sunt in aedibus V 2, 36.

Descripsi. — Et lapidis et notae pars sinistra abscisa est.

OPPIDI AEDIFICIA.

Incisae sunt hae notae omnes in lapidibus tofaceis et extant, si paucas excipias, in iis aedificiis quae tempori quod interiectum est inter bellum Punicum secundum et bellum sociale probabiliter adscribuntur: in porticibus fori, aedis Apollinis, fori q. d. triangularis, ludi gladiatorii, palaestrae, in frontibus aedium privatarum lapide quadrato tofaceo, in peristyliis et atriis corinthiis hoc ipso lapide constructis. Non satis constat de tempore aedis Iovis, cuius scalae, quibus incisa erat nota 4, fortasse primis coloniae Romanae temporibus extructae sunt: cf. quae exposui *Röm. Mitth.* XI 1896 p. 141 ss. Certe hoc ipso tempore extructum est templum Iovis Milichii, sed fortasse in loco templi anterioris, cuius partem fuisse capitulum nota 20*a* insignitum probabile est; vide quae exposui l. c. p. 148. Incertae aetatis est porticus tabernarum quae sunt extra portam Herculanensem (14. 28). Recentiores certe sunt scalae sepulcri rotundi (20*a*), scalae aedium VIII 2, 20 (20*b*), murus aedium VIII 2, 36 cui suppositi sunt lapides nota 6 insigniti. Sed fieri haud dubie potuit, ut pauci hi lapides, ille quoque qui in scalis aedium Iovis olim videbatur, antequam his locis collocarentur, aliis aedificiis aut viarum marginibus, ubi eaedem notae obviae sunt, inservirent. Certe aliquot lapides quibus 28. 30 incisae sunt, post detectam urbem in loca ubi nunc videntur pervenerunt.

Habent notas stylobatae in latere directo, rarius in superficie (26), domuum frontes et porticuum coronae a latere interno, quia scilicet externo in ipso opere ultima manus, eaque valde accurata, accessit. At in frontibus aedium VI 2, 1 et VI 8, 22 notae 20*b* et 16 extrorsum imi ordinis lapidibus incisae videntur, qui scilicet sub terra latebant; et in aedibus VI 8, 22 notarum partes superiores in ipso opere demptae sunt.

Ne has quidem notas ad aedificiorum constructionem lapidumque collocationem pertinere clare apparet in porticu Apollinis, ubi in decem lapidibus eaedem notae 1. 2 recurrunt. Excipiendae tamen sunt notae 10, quae prorsus alius sunt generis. Evidenter hae ordinem indicabant, quo coronae lapides collocarentur. Nihil simile ad hunc usque diem Pompeis comparuit.

5508 1 = 2550, 40 septies in porticu aedis Apollinis, in coronae latere posteriore.

Descripsi. — Richter 46. Marriott p. 77.

3 = 2550, 41. 42 bis, nota minore sic aut similiter addita, in porticu aedis Apollinis, in coronae latere posteriore.



Descripsi. — Richter 46. — Alteri exemplo Zangemeister 2550, 42 addit a d. notam ⅄, laesionibus fortuitis, ut videtur, in errorem tractus.

4 = 2550, 39 ter in porticu aedis Apollinis, in coronae latere posteriore, semel in peristylio aedium VIII 5/6, 2, in coronae latere posteriore, ab oriente, semel in scalis aedis Iovis, quibus refectis periit.

Descripsi. — Richter 47. Marriott p. 77. Utrum sit XI an IX ambiguum est.

5 semel in porticu aedis Apollinis, in coronae latere posteriore. Lapis est ex iis qui in porticu sinistra humi iacent quintus.

Descripsi.

6 *a* semel in fori porticu meridionali, in coronae latere posteriore, semel in aedium VII 9, 65 peristylii stylobata, sub lateris orientalis columna quae est prima a meridie.

b semel in tabernae VI 1, 18 stipitis dextri lapide summo, a latere interno; semel in coronae lapide qui extat in via Mercurii ante aedes VI 9, 6; semel in scalis quibus adeuntur aedes VI ins. occid. 13.

a semel, *b* bis in aedibus VIII 2, 36, in lapidibus tofaceis suppositis muro qui est inter membra $\pi\rho$ et σ formae *Röm. Mitth.* I, 1886, tab. XII.

a *b*

Descripsi. — Richter 52. Marriott p. 77. Lineola transversa certa est VII 9, 65 et VI 9, 6; cetera exempla admodum detrita sunt.

2 ter in porticu aedis Apollinis, in coronae latere posteriore, semel in fronte aedium quae in viae Nolanae latere septentrionali distant a porta m. fere 50.

Descripsi. — Marriott p. 77.

7 semel in fori porticu meridionali, in coronae latere posteriore, semel, aliquanto maior (longa et alta 0,15), in canali porticus qua theatri maioris pulpitum ab oriente aditur, a meridie.

Descripsi. — Marriott p. 77.

8 semel ibidem.



Descripsi. — Marriott p. 77.

9 in fori porticus superioris coronae superficie; lapis extat in basilica ad parietem sinistrum.

Descripsi. — In porticu aedis Apollinis extare dicit Zangemeister 2550, 43; ego frustra quaesivi.

10 in propylaei fori q. d. triangularis coronae superficie, in iis lapidibus qui ad ipsius propylaei parietem adversum collocati sunt. Notae altae sunt 0,06—0,11.



Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* X, 1895, p. 47. — Incisi sunt unicuique lapidi duo numeri continuati: III—IV. IIIIII—VII. VII—VIII. VIII—VIIII. XVI—XVII, scripti pars dextrorsum (VII. VIII) pars sinistrorsum (IIIV), pars mixto quodam genere (VXI-IIXV). Mixtum est igitur scribendi genus ex Osco et Latino. Nota praeterea numeri X formam archaicam. Manifeste hi numeri ordinem indicabant, quo lapides collocarentur, ita ut in utroque cuiusque commissurae latere idem numerus repeteretur. Nota triangulari, quae est in lapide IIIIII—VII, locum indicatum esse credo ubi mox incideretur cavum illud quadrangulare, ad aliquod ornamentum infigendum destinatum, quod prope eam conspicitur. Indicavi praeterea in apographo cava quae tecti trabes continebant, nec non cava quaedem minora, in lapidum marginibus dextris, quibus ad coniungendos lapides mortarium infundebatur.

5508 11 ter in fori q. d. triangularis stylobata orientali.

Marriott p. 79; ego frustra quaesivi.

12 semel ibidem.



Marriott p. 79; ego frustra quaesivi.

13 semel ibidem.

Marriott p. 79; ego frustra quaesivi.

14 = 2550, 45 = 3247 semel ibidem, a theatro ad meridiem, in lapide qui nunc in stylobata positus est, sed antea coronae pars fuerat. Nota, cuius pars superior abscisa est, extat in coronae latere posteriore; nunc canaliculum spectat. Quater praeterea extra portam Herculanensem exeunti a dextra, in lapidibus quibus impositae sunt pilae porticus quae est ante tabernas. In poste dexteriore aditus aedium VI 7, 20 extare affirmat Zangemeister 2550, 45; ego frustra quaesivi.

Descripsi. — Richter 50. Marriott p. 75. 79, ubi nota fori triangularis non plene descripta est.

15 in fori q. d. triangularis latere occidentali, in latere externo (orientali) unius ex lapidibus canaliculi qui est ante columnas.

Descripsi. — Marriott p. 79 (si haec est), qui a d. lineam obliquam addit.

16 ibidem; eadem nota paullo grandior (a. 0,18) extat in latere posteriore coronae atrii hexastyli VI 8, 21, et mutila bis in fronte aedium VI 8, 22, ad d. portae in lapide tertio et quinto, prope terram.



Descripsi. — Marriott p. 75.

17 = 2550, 46 in aedibus VI 8, 22, in portae obstructae, quae est in atrii latere sinistro tertia, poste dextro rustice incisa, ad imitationem, credo, notae 16.



Descripsi. — Richter 53. Marriott p. 75.

18 in foro q. d. triangulari, singulis vicibus in aedificii quod puteum continet stylobatae latere externo.

a  *b* 

Descripsi. — Marriott p. 79.

19 ibidem.

Marriott p. 79; ego frustra quaesivi.

20 *a* ibidem semel in plintho putei. Semel praeterea in capitulo antae aedis Iovis Milichii (Aesculapii quae dicitur); semel in aedibus V 1, 7 (*del Torello*), ingredienti a dextra; semel in membri quod est post tabernam VI 14, 3 pariete adverso; semel extra portam Herculanensem in scalis sepulcri q. d. rotundi (n. 18 exeunti a sin.).

b semel in insulae VIII 2 angulo qui est inter septentrionem et orientem, ab oriente; bis in fronte aedium VI 2, 1, in imo lapidum ordine extrorsum, nunc terra tectae; bis VIII 2, 20, in scalis quibus ad aedium partem inferiorem descenditur.

a *b*

Descripsi omnes. — Richter 55. Marriott p. 75. 79.

21 in ostii V 1, 26 (L. Caecili Iucundi) limine superiore, introrsum.

Descripsi.

22 in ludi gladiatorii stylobatae occidentalis latere interno.

Marriott p. 75; ego frustra quaesivi.

23 semel in poste sinistro cryptae quae olim fuerat (post obstructa fuit) sub scalis quibus a foro q. d. triangulari descenditur ad theatra.

Descripsi.

24 in scalarum quibus theatri maioris tribunal occidentale aditur gradus tertii latere anteriore.

Descripsi.

25 in latere inferiore magni lapidis tofacei eruderati mense Septembri anni 1902 sub pulpito theatri maioris. Lapis pars fuit haud dubie scaenae frontis, qualis erat antequam ea qua nunc est forma renovata est, eiusque retinebat picturam.

Descripsi.

26 = 2550, 51 = 3252 bis in palaestrae (Curiae q. d. Isiacae) stylobatae septentrionalis superficie; quinquies in fronte aedium q. d. Pansae (VI 6, 4); bis in fronte tabernarum VIII 4, 22—23 et sacelli 24; bis in fronte tabernarum VIII 5/6, 20—23.

Descripsi omnes. — Richter 49. Marriott p. 77.

5508 27 quater in fronte tabernarum VIII 4, 17—21; semel in tabernae VII 13, 10 poste dextro.

Descripsi. — Richter 48. Marriott p. 75.

28 quater extra portam Herculanensem, exeunti a dextra, in lapidibus, quibus impositae sunt pilae porticus quae est ante tabernas; semel in hypogaeo aedium VII 1, 40 (M. Caesi Blandi). Praeterea in lapidibus, qui locis non suis collocati sunt, bis in aedibus VII 9, 35, semel VII 9, 38, semel VII 10, 4. Hoc ultimum exemplum dextra parte mutilum est.



Descripsi. — Richter 51. Marriott p. 75.

29 semel in pila quae est inter tabernas VII 12, 8 et 9, introrsum.

Descripsi. — Richter 54. Marriott p. 75.

30 semel extra portam Herculanensem, exeunti a dextra, in tabernae n. 22 pariete adverso, in lapide tofaceo qui prius in alio loco collocatus fuerat.

Descripsi. — Richter 52, qui quae alia exempla addit, sunt potius 6*a*.

31 = 2550, 47 in porticu fullonicae (VI 8, 20) descripsit Zangemeister; vide tab. XL, 41. Ego frustra quaesivi.

32 = 2550, 44 in aedibus *del Centauro* (VI 9, 42) in poste dexteriore faucium ad dextram tablini sitarum extare dicit Zangemeister; vide tab. XL 42. Ego frustra quaesivi.

VIARVM MARGINES.

Hae quoque notae in solis lapidibus tofaceis reperiuntur, excepta 40, quae uno tantum exemplo extat et mihi quidem suspectae est antiquitatis. Hac excepta carent notis lapides molares, e quibus magna pars marginum constat, carent etiam calcarei, qui pauci sunt.

Cum aedificiorum notis proxima cognatione coniunctae sunt, immo sunt eaedem notae, nisi quod aliquando aut maioribus adduntur minores aut maiorum complures in uno lapide et in uno lapidis latere coniunguntur. Eidem igitur tempori non dubitanter eos adscribo; lapides molares, quorum uni incisum est EX·K·QVI (X 870*a*), utrum eiusdem sint aetatis an posterioris, non liquet.

Hic quoque, ut in oppidi muris, lapidis tofacei species suas habent notas. Non ita sane ut unamquamque notam suae speciei attribuere liceat; at hoc saltem affirmari potest — et observatur praesertim inter insulas VII 10. 11. 13. 14 — duas notas, quae omnium sunt frequentissimae, 1 et 11, proprias esse duabus lapidis tofacei speciebus, quarnm illius (1) color caeruleo, huius (11) flavo propior est. Recte igitur has quoque notas incisas esse concludas ab iis qui lapides praebebant.

5509 I *a*. *b* = 5508 6 *a*. *b* = 3248. 3250. 3251. Est haec omnium harum notarum frequentissima. Descripsi formae *a* exempla 49, eorumque

1	in insulae	VI	5	latere	meridionali
1	„ „	VI	6	„	occidentali
1	„ „	VI	9	„	meridionali
1	„ „	VI	10	„	occidentali
2	„ „	VII	6	„	orientali
2	„ „	VII	10	„	orientali
4	„ „	VII	10	„	meridionali
2	„ „	VII	11	„	occidentali
12	„ „	VII	11	„	meridionali
4	„ „	VII	13	„	septentrionali
11	„ „	VII	14	„	septentrionali
2	„ „	VIII	2	„	septentrionali
2	„ „	VIII	3	„	occidentali
4	„ „	VIII	5/6	„	meridionali

Formae *b* descripsi exempla 12, eorumque

1	in insulae	VI	1	latere	septentrionali
1	„ „	VI	5	„	occidentali
1	„ „	VI	9	„	meridionali
1	„ „	VII	12	„	meridionali
6	„ „	VIII	3	„	occidentali
1	„ „	VIII	4	„	meridionali
1	„ „	VIII	5/6	„	meridionali

Richter 57. Marriott p. 81. 83.

2 semel in insulae VII 14 latere occidentali, prope angulum meridionalem.

Descripsi. — Richter 57*g*. Marriott p. 83. Notam minorem om. Marriott.

3 semel in insulae VII 6 latere orientali, in latere directo lapidis qui in superficie habet 36.

Descripsi. — Richter 57*f*? Marriott p. 81.

4 semel in insulae VI 9 latere meridionali.

Descripsi. — Richter 57*d*. Marriott p. 81. — Quod Richter addit a d. non extat.

5 semel in insulae VI 3 latere meridionali.

Descripsi. — Marriott p. 81.

5509 6 semel in insulae VIII 4 latere meridionali; semel in insulae VII 10 latere orientali.



Descripsi. — Richter 57*c*. Marriott p. 83.

7 semel in insulae VII 13 latere septentrionali, in lapide qui in superficie habet 1*a*.

Descripsi. — Marriott p. 81.

8 semel in insulae VI 5 latere occidentali.

Descripsi. — Richter 57*b*. Marriott p. 83.

9 = 2550, 49 semel in insulae VII 14 latere occidentali.



Descripsi. — Marriott p. 83.

10



Richter 57*e*, qui locum non indicat. Non vidi, neque habet Marriott.

11 = 5508, 20 = 2550, 48. 50. Nota secundum 1 frequentissima. Descripsi formae *a* exempla 47, eorumque

2	in insulae	I	4	latere	orientali
2	„ „	VI	14	„	occidentali
4	„ „	VII	2	„	septentrionali
1	„ „	VII	3	„	meridionali
2	„ „	VII	6	„	orientali

1 ante insulam VII 9, in vici qui est aedificio Eumachiae a septentrione margine septentrionali, prope ostium n. 62.

3	in insulae	VII	10	latere	meridionali
1	„ „	VII	10	„	orientali
1	„ „	VII	10	„	septentrionali
6	„ „	VII	11	„	meridionali
2	„ „	VII	11	„	occidentali
3	„ „	VII	13	„	orientali
9	„ „	VII	14	„	septentrionali
1	„ „	VII	14	„	occidentali
1	„ „	VIII	2	„	septentrionali
1	„ „	VIII	7	„	meridionali
2	„ „	IX	2	„	meridionali
3	„ „	IX	4	„	orientali
1	„ „	IX	5	„	septentrionali

1 prope portam Nolanam, ingredienti a sin., prope primam tabernam.

Formae *b* descripsi exempla quinque, ex iisque

1	in insulae	VI	14	latere	occidentali
1	„ „	VII	3	„	meridionali
1	„ „	VII	13	„	orientali
2	„ „	VII	14	„	occidentali

Richter 58. Marriott p. 81. 83.

Notam *b* hic quoque nihil aliud esse puto nisi *a* neglegentius incisam.

12 semel in insulae VII 14 latere septentrionali.

Descripsi. — Marriott p. 85.

13 *a*. *b* singulis vicibus in insulae V, 3 latere meridionali, ante ostium n. 4, in lapidum superficie.

a *b*

Descripsi. — Marriott p. 83, qui non plene descripsit.

14 semel ante ostium VII 9, 65, in vici, qui est aedificio Eumachiae a septentrione, margine septentrionali.

Descripsi. — Marriott p. 83.

15 semel prope ostium VII 9, 65, ad orientem.

Descripsi.

16 bis in insulae VI 9 latere septentrionali, in duobus lapidibus continuatis.

Descripsi. — Richter 58*c*. Marriott p. 83.

17 semel in insulae VII 12 latere meridionali.



Descripsi. — Marriott p. 83.

18 semel in insulae VII 12 latere meridionali.



Descripsi. — Richter 58*b*. Marriott p. 83.

19 semel in insulae VII 14 latere septentrionali.

Descripsi. — Richter 58*a*. Marriott p. 83.

20 = 5508, 14 ter in insulae VII 11 latere orientali, semel in insulae VII 15 latere occidentali, semel in insulae VII 5 latere occidentali, bis in insulae VIII 2 latere septentrionali ex adverso basilicae, quinquies in insulae IX 15 latere occidentali.
Descripsi. — Marriott p. 85. Sogliano *Not. d. sc.* 1897 p. 154; 1898 p. 504.

21 = 5508, 1 semel in insulae VII 1 latere orientali, ante thermas q. d. Stabianas, semel in insulae VII 11 latere meridionali.
Descripsi. — Marriott p. 85.

22 = 5508, 2 semel in insulae VII 10 latere orientali, semel in insulae VII 11 latere occidentali, semel in insulae VIII 2 latere septentrionali e regione basilicae.
Descripsi. — Marriott p. 85. Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 504.

5509 23 *a* ter in insulae VIII 2 latere orientali (*via delle Scuole*), *b* bis in insulae V 1 latere occidentali.



Descripsi. — Richter 63. Marriott p. 85. — Cf. 5508, 28.

24 septies in insulae VIII 2 latere septentrionali, e regione basilicae.

Descripsi. — Richter 68*a*. Marriott p. 81. Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 504. Notae similis reliquiae quas descripsit Marriott (p. 83) in via quae est inter curias quae dicuntur (VIII 2, 7), plane incertae sunt.

25 semel in insulae VII 10 latere meridionali, in lapidis superficie.

Descripsi. — Richter 60.

26 bis in insulae VIII 2 latere septentrionali, e regione basilicae.

Descripsi. — Marriott p. 81. Sogliano *Not. d. sc.* 1898 p. 504. — Marriott notae similis reliquias descripsisse sibi visus est in insulae VIII 5/6 latere meridionali: sed est 1*b*.

27 = 5508, 16 quater in insulae VI 11 latere orientali, bis in eiusdem vici altero margine, in insulae VI 15 latere occidentali. Ibidem reliquiae extant unius exempli, quod utrum hanc formam habuerit an eam notae 29, in ambiguo est.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1897 p. 154.

28 semel in insulae VI 11 latere orientali.



Descripsi.

29 semel in insulae VI 15 latere occidentali.

Descripsi.

30 semel in insulae VII 14 latere septentrionali.



Descripsi. — Marriott p. 85, qui lineolas quasdam alienas addit.

31 = 5508, 4 semel in insulae VI 3 latere occidentali, inter ostia n. 17 et 18.

Descripsi. — Richter 65. Marriott p. 83.

32 semel in insulae VI 12 latere occidentali, prope angulum meridionalem.

Descripsi. — Marriott p. 85.

33 semel in insulae VII 12 latere meridionali, prope angulum occidentalem.

Descripsi. — Marriott p. 85.

34 = 5508, 26 semel in insulae V 1 latere occidentali.

Descripsi. — Marriott p. 85.

35 semel in insulae VI 10 latere orientali, prope angulum meridionalem.

Descripsi. — Marriott p. 85, qui notam similem se descripsisse dicit in regionis VI insulae occidentalis margine, e regione ostii VI 1, 11, ubi certe non extat.

36 semel in insulae VII 6 latere orientali, e regione ostii VII 5, 9, in superficie lapidis qui in latere directo habet 3.

Descripsi. — Richter 66, qui non plene descripsit.

37 semel in insulae VII 10 latere orientali, prope angulum meridionalem.

Descripsi. — Richter 12. Marriott p. 85.

38 semel intra portam Herculanensem, exeunti a sin., in margine, ut videtur, viae, qualis erat antequam porta ampliata est.

Descripsi. — Alia nota ad d. huius ita sub opere portae latet ut forma eius dignosci non possit.

39 semel in insulae IX 2 latere meridionali, in lapide septimo ab angulo occidentali.



Descripsi. — Marriott p. 81.

40 in reg. VI insulae occidentalis margine orientali, e regione ostii VI 3, 8, in lapide molari.

Descripsi, dubito tamen de antiquitate. — Marriott p. 85.

TITVLI VASIS FICTILIBVS INSCRIPTI

EDIDIT

AVGVSTVS MAV

Vasorum titulos post editum vol. IV repertos primi ediderunt Eduardus Brizio in Ephemeridis epigraphicae vol. I p. 160—174 et Iulius de Petra in *Giornale degli scavi di Pompei, nuova serie* II p. 181 s.; hos a Brizio editis addidit Richardus Schoene Eph. I p. 174—176. Ipse cum anno 1873 Pompeios venissem descripsi quotquot tum legi adhuc poterant, mox quotannis ut prodierunt. Et horum quidem magnam partem edidi in *Bullettino dell' Instituto* mox in *Röm. Mittheilungen.* Per idem tempus titulos ut reperti sunt descripsit Sogliano et edidit in *Notizie degli scavi.* Ibidem pauca his ultimis annis edidit Robertus Paribeni.

In edendo ita versatus sum, ut quaecumque melius quam in vol. IV edita essent legere mihi visus sim, denuo suis locis insererem. Pauca sunt eam ob causam quod maxima pars evanuerat. Disposui titulos eodem fere ordine quem in volumine IV tenuit Schoene. Primo loco (I) posui eos qui consules, additis qui mensium dies indicant, secundo (II) eos qui quae vasis contenta erant: vina a civitatibus vel agris denominata, vina a fundis denominata, vinorum species aliis modis indicatas, garum, liquamen, muriam, varias denique res, velut cicer, faeculam, mel, alia. Tertio loco (III) secuntur nomina, quarto (IV) litterae significationis incertae, a quibus nominum notas seiungere non ex re visum est, quinto (V) graphio inscripta, sexto (VI) Graeca.

Commentariis in re tam incerta fere abstinui.

I.

Consules ignotos Proculum et Vatiam vide 5646.

5510 in amphora Stabiis reperta.

PONPEI.. .COS
VINVM.......
....

Paderni apud Ruggiero, *Scavi di Stabia* p. 170, 21 Ian. 1762.

Pompeii consules fuerunt annis ante Chr. 35, 31, 5, p. Chr. 14.

5511 in amphora (XII) reperta 27 Dec. 1886 in aedibus, quarum ostium in insulae IX 8 latere occidentali est tertium a septentrione, colore albo.

0,015 TI·CLAVDIO CA[illegible]R[illegible]
L·VITE*llio* p. Ch. 43? 47?
GAVR

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1889 p. 108. — Claudius Caesar anno 43 consul fuit tertium cum L. Vitellio II, anno 47 quartum cum L. Vitellio III. Cf. 2553.

3. *Gaur(anum)*, de quo vide testimonia apud Nissen, *Landeskunde* p. 736 nota 3.

5512 in amphora (VIII) fracta, reperta mense Decembri 1870, atramento

FAVSTO CORNELIO
L·SALVIO oTHONE COS p. Ch. 52
IIII IDVS APRILES

Brizio Eph. I p. 161 n. 176. — Contuli.

3. Diem indicari quo vinum in amphoras diffusum sit recte adnotat Schoene l. c.

5513 in amphora (XII) reperta 7 Mart. 1887 in aedibus V 2, 5, colore albo.

0,017 N·CESTI*o*
Cos p. Ch. 55?
0,028 L ANTISTIO

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1889 p. 124 n. 1. — Sogliano *Not. d. sc.* 1887 p. 243.

2 ANTI*s*TIO Sogl. — *Cos* om. Sogl.

L. Antistius Vetus consul fuit anno p. Ch. 55 cum Nerone, qui hunc consulatum, teste Suetonio (Ner. 14), bimenstrem gessit. Hunc igitur sibi suffecisse *N. Cestium* probabile est.

5514 in amphora (XII) reperta 23 Apr. 1891, in aedibus quarum ostium in insulae V 2 latere occidentali est septimum a meridie, colore rubro.

0,019 L ANNEO
0,022 M TREBELLIO COS p. Ch. 56
0,032 SVENTINV

Descripsi et edidi *Röm. Mitth.* 1892 p. 20 n. 9. — Sogliano *Not. d. sc.* 1891 p. 169, *a* et *Rendiconto dell' Accad. di archeol. lettere e belle arti* 1891 p. 51.

2 TREBELIO Sogl. Mihi altera L post addita esse visa est.

3 alius titulus isque antiquior mihi visus est. *Su(rr)entinu(m)?*

Trebellii Maximi, Senecae philosophi collegae, praenomen hinc innotuit. Cf. de hoc consulatu ad 3340 XLVI, 12.

5515 in sex amphoris Stabiis repertis 24 Iul. 1762.

OIN
NERONIS III COS p. Chr. 58

Paderni apud Ruggiero *Scavi di Stabia* p. 178 in tribus amphoris se tegisse testatur DIN | NERONIS III COS, reliquis ulteriorem operam se dalurum esse pollicitus. At versu 1 fuisse OIN, i. e. οἶνος, apparet ex Scognamigli (vel De Çiriae), Weberi, Alcubierri sex amphorarum apographis, quae admodum imperite facta exhibet Ruggiero l. c. p. 174 s. Pro certo habeo, in omnibus his vasis eundem extitisse titulum, qui Graeca miscet Latinis. Consulis nomen secundo casu enuntiatum est ut in titulo Graeco 2560. De NERONII non cogitaverim, cum notae II in his vasorum fictilium titulis, excepto 5534, nullum extet exemplum. Dedi Scognamigli (vel, ut mihi affirmavit Ruggiero, De Çiriae) apographa, quae paullo diligentius facta sunt, adnotatis quibus differunt Alcubierre et Weber.

a

Uno versu continuant Alcubierre et Weber, in fine addito puncto. — Fuisse III et evanuisse tertiam hastam mihi persuasum est; nimis miro certe casu cum vino quod Nerone III diffusum erat, reperta esset amphora secundo eiusdem consulatu signata.

b

Uno versu continuant Alcubierre et Weber. — 2 O om. Alcubierre.
1 haud dubie scriptum erat OIN; cf. *d*.

c

I om. Alcubierre et Weber.

d ON
ONIS III

1 OIN Alcubierre et Weber, qui uno versu continuant.

e

Uno versu continuant Alcubierre et Weber, omissa N quae est in principio v. 2.

f DIN

Uno versu continuant Alcubierre et Weber. In fine SI IM iidem.

5516 in amphora reperta 11 Oct. 1881 in aedibus VIII 5—6, 9, atramento.

VIN
CAESIANVM
NERONE · CAESARE COS p. Ch. 55? 57? 58? 60? 68?
..... PER ..... CHION ......
SVB

Sogliano *Not. d. sc.* 1881 p. 323 n. 1. Contuli admodum evanidam.
3 NERONE · CAESARE vix vidi.
5 non habet Sogliano.

5517 in amphora (XI) reperta 16 Nov. 1885, atramento.

....
NERONE ...... p. Ch. 55? 57? 58? 60? 68?
OPTV ......

Sogliano *Not. d. sc.* 1885 p. 538; ego vidi reliquias incertas.
2 *optu[mum]* supplet Sogliano.

5518 in amphora (XII) reperta mense Maio 1895 in villa rustica quam in fundo *Pisanella* eruderandam curavit Vincentius de Prisco, colore albo. Nunc Pompeis in museo De Prisco.

TRIFOLINV
TIBVRTIANVM
6701 ad d. 6700, longa 0,13.

FVRvCAVII
SIQ

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 282 n. 12.
1 FVLVCA VII Sogl. — *Fur ‹u› cave.* Infra hanc alphabetum 6905 scriptum est.

6702 ad d. 6701, longa 0,235.

Descripsi. — A·VIIDIVS HIC FIILA Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 282 n. 14.
Aufidius hic fuit va(le). Cf. 6815.

6703 infra 6702, lapide scripta, litteris magnis.

FLORANIVS

Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 282 n. 13. Frustra quaesivi; evanuisse videtur.

6704 ad d. 6702, longa 0,09.

SVCCIISS

Descripsi. — *Success(us).*

6705 infra 6704, longa 0,09.

NERO

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 282 n. 16.

6706 ad d. 6704, carbone.

oNESIMVS 0,11

Descripsi.

6707 ad d. 6706, in extremo muro aedium n. 9; longa 0,35.

CONTICVIIRII OMNIIS

Descripsi. — CONTICVIIRE omissis reliquis Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 282 n. 18.
Verg. Aen. II 1. — *Conticuere* satis accurate, *omnes* litteris maioribus neglegenter scriptum est.

6708 infra 6707, longa 0,03.

Descripsi. — Non expedivi. *A. Rufus?*

6709 ad d. ostii n. 9, prope praecedentes, lapide gilvo.

HABITOS

Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 281 n. 10. Frustra quaesivi; evanuisse videtur.

6710—6723 in aedibus n. 10.

6710—6718 in atrii pariete sinistro, in tectorio nigro.

6710

AMPVR 0,01

Descripsi. — Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 204, *a.*
ampur(a) pro *amphor(a)?*

6711 ad d. 6710, paullo superius, longa 0,115.

Descripsi, dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Sic fere Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 204, *b.*
amp(ho)ra? amp(ho)ras? cetera quid sibi velint nescio.

6712 supra 6711 ad d.

PR NONAS XVIG

Sic fere Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 204, *c.* Non vidi.
pr. nonas aug.? cf. 6715.

6713 infra 6711, longa 0,07.

A Θ I I N I M

Descripsi. — Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 204, *d*, additis lineis quibusdam quas alienas duxi.
AΘIINIM; quid sit nescio.

6714 ad d. 6711; v. 1 longus 0,04, v. 3 0,15.

LANA
LV
LANA XXIX PONDO

Descripsi. — Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 204, *e. f. g.*
2 LƆY Paribeni, non recte.

6715 ad d. 6714, inferius, longa 0,11.

PR NON AVGVSTI

Descripsi. — Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 204, *h.*
AVGVSTI Paribeni; lege *August[as]*.

6716 infra 6715.

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 205, *i*.

LACINIAII LXXXXIII IVIIIA
CLODIA IIII
IIII LACIIRTI
H ∖BIII VIII
II PANIIS LACIIRTI XIV
HIILIAS

1 in IVIIIA aliquod nomen latet. — 4 HIΛbIIT (*habet*) Paribeni, quod tamen admodum incertum; ultima nota est I, non T. — 6 III HΛb Paribeni, non recte.

6717 ad d. praecedentium, in podii parte superiore.

ΛΛMII II

Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 206, *k*, qui suspicatur *P. Amp(urasius)*, non recte. — Frustra quaesivi.

6718 prope 6717.

ΛMP

Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 206, *l*, qui suspicatur *Amp(urasius)*, non recte. — Frustra quaesivi.

6719 in atrii pariete anteriore, in tectorio nigro; longa 0,23.

...IDIVS DIIMII...RIVS

Descripsi. — *Pop?]idius Demetrius.*

6720 supra 6719; v. 1 longus 0,04.

Descripsi. — *Arid..?*

6721 in parvae porticus quae est post tablinum pariete dextro.

V IDV 0,11
V IDVS OCTOBRIIS NATAL 0,11

Descripsi. — Gabrici *Not. d. sc.* 1902 p. 204.

6722 in tectorii fragmento quod de eiusdem porticus pariete adverso deciderat, carbone; alta 0,29, v. 3 longus 0,31.

IIIIIIIIIII
IIIIIIII CIIPA
PORT ΛTO PV
PABΛ·M· VII VII
ORDI·SIIMIINTII
M·VII· VI

Descripsi. — Arte photographica exprimendam curavit Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 402.

3 *Fort(un)ato p(ondo) V?* De puleio cogitat Sogliano, vix recte. — 5 *(h)ord(e)i semente(m)*. 4. 6 *m(odios)?*

6723 in duobus tectorii fragmentis quae de eodem pariete deciderant carbone.

a COS

b SΛ vel VS

Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 403. Non vidi.

6724—6728 in aedibus n. 12.

6724—6726 in faucium pariete dextro, in tectorio rudi (*Ziegelstuck*), rubro.

6724 longa 0,53.

SICO...V... ...ΛIX
... XVI
... XXVI
M... XXVI
... II XXVI
...

Descripsi.

6725 ad d. 6724, longa 0,35.

SIIC...DV...

Descripsi. — *Sec[un]du[s]*.

6726 infra 6725, longa 0,16.

K IVI... 0,29

Descripsi. — *K(al.) iu[n? l?]*

6727 in atrii pariete anteriore.

ΛVGVSTO NΛ 0,07

Descripsi.

6728 infra 6727.

Descripsi. — *iosoas?*

REG. V INS. 4.

6729—6739 in aedium n. 1 panificio, quod est post pistrinum, in tectorio albo.

6729—6734 in pariete anteriore, intranti a sinistra.

6729

1/2

Descripsi. — In fine ἀπέρεικε? Non expedivi.

6730 ad d. 6729.

1/2

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 257, n. 2, om. v. 2. 3.
1 ἐκ(τὸν?) καλάνδας Ὀκτοβρ. — 2. 3 litterae sine significatu.

6731 ad d. 6730, longa 0,16.

VII K ΑΥΓΟϹΤΑ

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 257 n. 4.

6732 prope praecedentes, litteris nitidis.

VIII · IDVS NOVIIMBR
STIIPHANVS

Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 257 n. 3. — Non vidi; decidit.

6733 prope praecedentes.

binae molae

EX XIIII K APRILIIS DIARIA RIILIQVIMVS

Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 257 n. 5. — Non vidi; decidit.

6734 supra 6730.

GERMA. IVM VICISSE IN ANNOS II M

Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 257 n. 1. — Ego descripsi GERI VM; cetera deciderant. Ex meo apographo potest fuisse GERMANVM, non GERMANICVM.

6735—6739 in pariete sinistro.

6735

3/4

Descripsi. — 1 SEI. — 2 litterae sine significatu.

6736 infra 6734.

3/4

Descripsi.

6737 prope praecedentes.

CME
IPB
PYP
ΓΝΔ
PYΓ
PЯ
PKA

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 257 n. 7.

6738 prope praecedentes.

M H
ΑΘΜ

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 258 n. 8, qui v. 2 in fine addit Λ; sed sunt lineae alienae.

6739 prope praecedentes.

PCVIDXXQIIII

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 257 n. 6.

6740—6758 in insulae latere orientali.

6740—6744 ad sin. ostii n. 10, in podii tectorio rubro.

6740 longa 0,33.

SISSIKA

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 259 n. 12, qui cum 6741 coniungit.

6741 infra 6740, longa 0,09.

VALES

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 259 n. 12, qui cum 6740 coniungit. — *Vale(n)s.*

6742 ad d. 6741.

SE 0,02

Descripsi.

6743 ad d. 6742, superius.

1/3

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 259 n. 13.
SIMERESO. — SIMERETO Sogliano.

6744 infra 6743.

1/3

Descripsi. — Cf. praecedentem.

6745—6750 in aedibus n. 10.

6745—6749 in atrii pariete dextro, in podii tectorio nigro.

6745 ad sin. primae portae, alta 0,06.

CXXIIX
CLIV
CXX
CLV

Descripsi. — 2 IV fortasse aliena.

6746 ad sin. secundae portae.

NICIIROS 0,012
NEDIMVS 0,014

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 331. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 260 n. 14.
1 NICIIROs *Mitt.*; sed S extat. ΓILCHRO Sogliano.

6747 ad sin. 6745.

HVC 0,013

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 260 n. 15.

6748 ad d. tertiae portae, alta 0,125.

XIIX
IIX
IIX
XXV
XII

Descripsi.

6749 ad d. 6748, alta 0,10.

XXIIIIIIII
XII
XXX
IIX
XX
XXX
XXVI

Descripsi.

6750 in cubiculo quod in aedium parte superiore extat super id quod est ad d. atrii secundum, in parietis dextri (orientalis) podii tectorio rudi (*Ziegelstuck*), litteris altis fere 0,1.

M·SITTIVS·POTITVS

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 332. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 260 n. 16.

6751—6753 ad d. ostii n. 10, in podii tectorio rubro.

6751 longa 0,13.

SOCIS

Descripsi.

6752 ad d. 6751; s alta 0,095.

SO

Descripsi.

6753 ad d. 6752, longa 0,055.

Descripsi.

6754 inter ostia n. 12 et n. 13.

FIIⱢICVS

Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 86 n. 2. Ego frustra quaesivi.

6755 ibidem in muri aedium n. 13 podio, longa 0,85.

OPTATA SECVNDO
SVO SALVTIIM

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 86 n. 3.

SALVTII*m* Sogliano.

Agitur fortasse de M. Fabio Secundo, cuius signaculum in aedibus n. 13 repertum est. *Not. d. sc.* 1905 p. 97.

6756—6758 in aedibus n. 13.

6756 in atrii pariete anteriore, in podii tectorio rudi; v. 1 longus 0,49.

Descripsi; dedi ex apographo meo quod ut potui delineavi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 88 n. 5.

1 . . . *agit deo vos.* AGIT DIIAIIVOS Sogliano errore typographico quem correxit p. 138. 2 . . . . . . *quia.* HIC̓ INQVIT Sogliano. 3 . . . . . *nosi* OTIOSI Sogliano.

6757 in atrii pariete posteriore, inter duas portas, in podio, longa 0,41.

TAVRVS OC▨AVIANVS VIC▨RIAE 0,02—0,03

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 86 n. 6.

Taurus Oc[t]avianus vic[to]riae.

6758 in membri quod est post atrium a dextra pariete sinistro (meridionali).

AANXIIIIXPM̄

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 96.

6759—6806 in insulae latere occidentali.

6759—6767 inter ostium quartum et tertium a meridie, in podii aedium cuius ostium est tertium tectorio rubro.

6759 ad d. ostii quarti.

Q R B

Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 400 n. 11. Non vidi.

6760 ad d. 6759.

SIR

Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 400 n. 10. Non vidi.

6761 ad d. praecedentium.

1/2

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 400 n. 5. 7. 8; inde Wick, Vindic. p. 15 n. 3. — 2 PANA Paribeni.

Haec fuerat quaesita dies innoxia famae
I[u? n?] dicio sem[per . . . . . .

quibus alius subscripsit: *pauca* (*haec sunt*).

I[u]dicio vel *i[n]dicio sem* alia manu scriptum est quam v. 1, sed est principium aut secundi hexametri aut pentametri.

6762 infra 6761, litteris magnis.

QVI COV

Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 490 n. 9. Non vidi.

6763 ad d. 6761.

SEꝚ 0,008

Descripsi.

6764 ad d. 6763, longa 0,29.

Descripsi; dedi ex apographo meo, quod qua potui diligentia delineavi.

POMPIIIANIS AVG IIILICITIIꝚ

Paribeni *Not. d. scavi* 1902 p. 400 n. 6, qui om. POMP et pro AVG legit ꟻAVE, i. e. *have.*

Pompeianis Aug(ustis): alludit ad titulum Augustae, qui quo tempore coloniae Pompeianae datus sit ignoramus.

6765 ad d. 6764, inferius.

LVCꝚETIO

Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 400 n. 4. Ego descripsi LVCꝚE .

6766 ad d. praecedentium.

SRQ 0,035

Descripsi. — Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 399.

6767 ad sin. ostii tertii.

SPR 0,02

Descripsi. — Paribeni *Not d. sc.* 1902 p. 112 n. 21.

6768. 6769 in aedibus quarum ostium est tertium a meridie.

6768 in cubiculi quod faucibus a d. adiacet pariete dextro, prope portam, in tectorio albo.

3/4

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Paribeni *Not. d. sc.* 1903 p. 32. Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 135.

Et gelidae cursu | minu na(?) non quatiunt solum.

In fine M plene scriptum esse probabile est; sed in media littera incipit tectorium rubrum, in quo lineae subtilissimae non apparent.

2 MINV*erunt* QVAERERE SILVA(*m*) Sogliano.

6769 in membri, quod in atrii latere posteriore est primum a sinistra, parietis dextri tectorio rudi.

ΛMΛNDVS 0,014
ΓIMV 0,014
ꞰVCII V 0,11

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 133 n. 4.

6770—6777 inter ostium tertium et secundum a meridie.

6770—6775 in aedium quarum ostium est tertium podii tectorio rubro.

6770 prope ostium tertium, longa 0,11.

Descripsi. — Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 112 n. 20.

Prope hanc D L descripsit Paribeni (l. c.); ego non vidi.

6771 ibidem inferius.

ΛVE

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 130 n. 3. — IVE Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 212 n. 20.

6772 ad d. 6770, longa 0,04.

SIMPLEX

gladiatoris figura

Descripsi. — Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 211 n. 19.

6773 ad d. 6772.

MAS COꞰVS

Descripsi. — *Mascolus.* — Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 130 n. 2.

6774 ad d. 6773, inferius, longa 0,04.

SIICVNDVS

Descripsi. — Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 211 n. 17.

6775 ad d. 6773, superius, lapide scripta.

////MEꞰꞰI////M 0,1
L\

Descripsi. — [*Sa*]*melli*[*u*]*m*, *Lu*(*cretium*?)

6776 ad d. praecedentium, in aedium quarum ostium est secundum tectorio fusco, longa 0,16.

MVR

Descripsi.

6777 prope praecedentem, litteris minimis.

MT /RIC\ M

Paribeni *Not. d. sc.* 1902 p. 211 n. 16. Ego frustra quaesivi.

6778—6782 in aedibus quarum ostium est secundum a meridie.

6778. 6779 in triclinii quod faucibus a sinistra adiacet pariete orientali, in tectorio nigro stili qui dicitur candelabrorum.

6778 longa 0,13.

V·K IDV·QVI 0,018

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 330; inde ego *Röm. Mitt.* 1901 p. 361.

K· Sogl. *Mitt.* Ego punctum non vidi.

V k(alendas), idu(s) Qui(ntiles). Difficile est ut credamus ante annum a. C. 44 parietem hoc stilo pictum fuisse. Fortasse post id tempus aliquis antiquo mensis nomine usus est.

6779 alta 0,11, v. 7 longus 0,045, admodum detrita.

SATVRNI
SOLIS
LVNAII
MARTIS
[illegible]
IOVIS
VIINIIRIS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 330, inde ego *Röm. Mitt.* 1901 p. 361.

5 lacunam (*Mercuri*) non indicant Sogl. *Mitt.*

6780 in tablini pariete dextro, in tectorio albo.

CEIVS 0,012

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 330.

6781 infra 6780 in tectorio nigro, longa 0,06.

TXXVII

Descripsi.

6782 in porticus quae est ante virdarium pariete occidentali, ad sin. portae qua cubiculum aditur, in tectorio rudi (*Ziegelstuck*).

RVMNA
QVIS AMAT VALIAT
QVIS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 330, inde ego *Röm. Mitt.* 1901 p. 362.

RVMNA om. Sogliano *Mitt.*; quid sit nescio; lectio certa. Cf. ad 4659.

6783—6803 in aedibus M. Lucreti Frontonis, quarum ostium est primum a meridie.

6783 in faucium pariete sinistro, in tectorio gilvo.

AC ACRATV
ACR[illegible]VS
[illegible]CRATVS
[illegible]

Dsscripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 146 n. 1.

1 AC, 2 VS, 3 CRA om. Sogliano. — 3 TVS dedi fide Sogliani; ego non vidi.

6784 ad d. 6783, in änta angulari quae est inter fauces et atrium, a parte faucium, in tectorio gilvo, longa 0,05.

ROMANVS

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 146 n. 3.

6785 in atrii pariete anteriore, intranti a sinistra, inter portam cubiculi et scalas, in tectorio nigro.

XVSTVS

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — XVSIXVS Sogliano, additis lineis alienis.

6786 in atrii pariete sinistro, in tectorii nigri area secunda; v. 2 longus 0,085.

IVCVNDVS
GRATE SALVTEA

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 149 n. 5.

2 SALVTE *Mitt.* — GRATES ACATTER (= *agata ter*) Sogl. — *Grat(a)e salutem.*

6787 infra 6786 alia manu, litteris subtilissimis, longa 0,08.

Descripsi. — *Iucundus.*

6788 infra praecedentes ad sinistram, lineis subtilissimis, longa 0,075.

Descripsi. — ATTINVLVS Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 149 n. 6.

6789 ad d. praecedentium, in tectorii nigri area tertia.

½

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 149 n. 7.

L Varius Cocaistus satis clare scriptum.

VASIVS *Mitt.* — L·VALIVS EGISTVS Sogliano.

6790 ad d. 6789, in tectorii nigri area quarta, prope marginem sinistrum.

3/4

Descripsi. — Sic fere Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 149 n. 8, nisi quod pro ϵ habet c.

6791 in tablini anta sinistra, a parte atrii, in tectorio albo, longa 0,045.

ACMЄNOC
ASMIINVS

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 152 n. 10.

6792 in cubiculi quod tablino a d. adiacet pariete anteriore, intranti a sinistra, prope portae limen superum, in tectorio gilvo. M alta 0,03, s 0,11.

MARCVS

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 161 n. 11.

6793 in cubiculi cuius porta est in atrii latere dextro secunda pariete dextro, ad d. picturae Thesei et Ariadnae.

VII K AVG 0,009

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 152 n. 9.

6794 in virdarii pariete anteriore, in tectorio rudi, ad sin. 6636, carbone.

MV 0,01
MV

Descripsi v. 1; v. 2 evanuerat. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 163 n. 15.

6795 ibidem infra 6636, carbone.

FRONTONI 0,18

Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 163 n. 15; inde ego *Röm. Mitt.* 1901 p. 334. Vidi reliquias.

6796 in peristylii pariete dextro, ad d. primae portae, in tectorio albo quarti qui dicitur stili.

1/2

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 333. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 166 n. 16.
M. Lucretius Fronto vir fortis et ho(nestus?). V. 2 eradi coeptus.

6797 ibidem inter portam primam et secundam.

3/4

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 333. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 166 n. 17.
Cf. 6799. *M. Lucretius Lirus,* cliens certe Frontonis, frequens est in apochis Iucundianis; sed ibi ubique editum est LERI. At XXV 16 clare scriptum est LIRI, X 6. 10 LIIRI minime certum. Ceteris locis (LIV 13. LX 7. LXX 10. XC 3. CXIV 1) litterarum imago non expressa est, tamen LIV 13. LX 7. LXX 10 E non satis clare apparere indicat Zangemeister. Haud dubie ubique legendum est LIRI.

6798 ibidem ad sin. secundae portae.

3/4

Descripsi. — XXVI XXVIII.

6799 in peristylii columna prima, inter occidentem et meridiem, in tectorio albo quarti qui dicitur stili.

3/4

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 333. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 163 n. 13.
(*M. Lucretius*) *Lirus*; cf. 6797.

6800 ad d. 6799, v. 1 longus 0,016.

IVCVND
IVCVND

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 359. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 163 n. 14.
2 om. Sogliano.

6801 in culinae pariete occidentali, carbone.

.......AVCT
HELPIS
ATTICO

Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 162 n. 12. Non vidi; evanuerat.

6802 in faucium quibus a postico peristylium aditur pariete dextro (septentrionali), ad sin. portae, in tectorio albo.

1/3

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 360. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 170 n. 18.
SATVRNI *Mitt.* Sogliano, et sic certe voluit scriptor. Sed scriptum est SASTVRNI, secundo S post addito.

6803 ad d. 6802.

3/4

Descripsi et edidi *Röm. Mitt.* 1901 p. 360. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 170 n. 19.
Corint(h)us.

6804 ad d. ostii primi a meridie, in extremo muro aedium M. Lucret Frontonis, in podii tectorio fusco, longa 0,3.

TIIꝒCNVS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 280 n. 1, qui cum 6805 coniungit.

6805 infra 6804, longa 0,16.

3/4

Descripsi. — HПΛ Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 280 n. 1. Sunt litterae sine significatu: CIITVAI.

6806 supra 6804 ad d., in podii margine gilvo, longa 0,05.

QVIIS

Descripsi.

REG. V INS. 5.

6807—6809 in ostii quod in insulae latere occidentali est quartum a meridie poste dextro, in tectorio rudi (*Ziegelstuck*).

6807 longa 0,2.

SCAEV

Descripsi.

6808 ad sin. 6807, paullo superius, longa 0,17.

SIMO

Descripsi.

6809 supra praecedentes, litteris minimis, longa 0,012.

CONV

Descripsi. — *Conv(iva?).*

REG. V. INS. QVAE PRIMAE A SEPTENTRIONE ADIACET.

6810 in insulae latere occidentali, ex adverso fere salientis publici, in cuius cippo sculpta est ampulla, in tectorio rubro, litteris subtilissimis.

GAVIVM RVFVM
////////S ROGAT

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 156 n. 16.
1 RVFVM dedi Soglianum secutus; ego vidi ////////. 2 ////////S om. Sogliano.

6811 ad d. 6810.

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 156 n. 17.
M. Salario feliciter. M·ARRIO Sogliano. De M'. Salario Croco v. ad 6645 et 6647, qui tituli ab hoc non longe distant.

REG. VI INS. 9.

6812 in aedium n. 3 (*del Centauro*) cubiculi quod faucibus a d. adiacet pariete adverso, in tectorio nigro primi q. d. stili, longa 0,14.

CORNIILIA · P · Iᴵ · ORIISTINA 0,015

Descripsi indicante R. V. Magoffin.

REG. VI INS. 15.

6813 ad d. ostii n. 12, longa 0,23.

COꝒCV

Descripsi. — *corcu(lum)?*

REG. VI INS. 16.

6814 in insulae latere meridionali, ad d. ostii n. 2, longa 0,3.

ꓶOSIMVS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 323 n. 18.
Zosimus. — OSIZMVS Sogl.

6815—6844 in insulae latere orientali.

6815 inter ostia n. 4 et n. 5, in podii tectorio rubro.



Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 154 n. 5. — *Felicem Aufidium felicem semper deus faciat.*

6816 inter ostia n. 5 et n. 6, in podii tectorio rubro, longa 0,06.

SIICVNDVS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 154 n. 6.

6817—6837 in aedibus n. 7.

6817—6826 in faucibus.

6817—6821 in pariete dextro, in tectorio nigro antiquiore.

6817



Descripsi; dedi ex apographo meo, quod qua potui diligentia delineavi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 376 n. 6.
Campylus Poppaeae sal(utem).

6818 ad 6817.

MODIISTVS 0,025
CVM ALBANA 0,02
ALBANA 0,02

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 376 n. 7.
3 alia manu.

6819 infra 6817, v. 1 longus 0,215.



Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 376 n. 8.
1 QVINOAGIGIINTA. 2 VBIIRAAIT? VBIIRA Sogliano. 3 IIXINDII . . . . . . ?

6820 ad d. 6819 longa 0.37.

SIC COTINI VOTO POS FATA NOVISSIMA

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 376 n. 9.
SICCO TII . . . . . VOTO Sogliano. — Est hexameter non ad finem perductus: *Sic cotini voto pos(t) fata novissima* — ∪.

6821 add. 6820, superius, longa 0,39.

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 376 n. 10.
SOLGI VOX CONTRA NA . . . . . QVID IID . . . NTII. Voluitne *contra naturam?* SOLGI VOX CONTRA . . . . . . omissis ceteris Sogliano.

6822—6825 in faucium parietis sinistri tectorio nigro antiquiore.

6822

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 274 n. 3.
RECI. — PECI Sogliano. — E alta 0,06.

6823 ad d. 6822; v. 1 longus 0,07.

APRILIS 0,015
COCTOR 0,01

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 374 n. 1.
2 COCTOB Sogliano. — *coctor* habes 1658.

6824 infra 6823; v. 1 longus 0,14.

SODAIIV
CRQCVI

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 374 n. 2.
SODALI PROCVLo Sogliano. Sed v. 1 V descripsi; nunc tectorio recenti tectum est. Proculum habes 6827.

6825

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 374 n. 3.
QVO BIBIIT . . . . OSSA cINIS QVII TIIGVNT. Pentameter est.

6826 in faucium parietis sinistri tectorio recentiore.

Descripsi. — POS PRVInam? Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 376 n. 5.
propius inverso litterarum ordine?

6827 in atrii pariete posteriore, ad d. portae qua itur in peristylium, in tectorio rubro, longa 0,09.

PROCVLVS

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 379 n. 11.

6828 in peristylii pariete posteriore, ad sin. portae secundae a dextra, in tectorio nigro quarti qui dicitur stili, longa 0,095.

ΜΗΗϹΘΙΙ ΠΡΕΙΜΕΝΗϹ ΠΥΠΛΕΙΚΟϹ ΚΑΙϹΑΡΟϹ
Ο Ε
ΜΝϹΘΗ ΠΡΙΙ

Descripsi. — (ἐ)μνήσθη Πρειμ(ογ)ένης πύπλεικος Καίσαρος: i. e. *Prim(og)enes (servus) publicus meminit Caesaris.*

6829 in peristylii lateris anterioris et dextri columna angulari, ab oriente, in podii tectorio gilvo, longa 0,034.

CINNAMVS

Descripsi.

6830 infra 6829, longa 0,027.

PON//VS

Descripsi. — *Pon[t]us.*

6831 in peristylii lateris dextri columna secunda, a septentrione, in tectorio albo; v. 1 longus 0,043.

QVIIIDAM
SIINIIX

Descripsi.

6832 in peristylii lateris dextri et posterioris columna angulari, longa 0,05.

MARCVS MARCVS

Descripsi.

6833 in peristylii lateris posterioris columna secunda a dextra, longa 0,03.

SVPIIS
gladiator

Descripsi; lectio certa.

6834 in peristylii lateris posterioris columna tertia a dextra, inter meridiem et occidentem, longa 0,04.

CINNAMVS

Descripsi. — Cf. 6829.

6835 ad d. 6834, longa 0,915.

Descripsi.

6836 in peristylii lateris anterioris columna secunda a sinistra, a meridie, in tectorio albo, longa 0,03.

AMABIS ET T

Sic descripsit Matthaeus Della Corte; ego vidi AMABIS E.

6837 in eadem columna, ab oriente, in tectorio albo, longa 0,055.

CASSIV
gladiator

Descripsi.

6838 in tabernae n. 10 parietis sinistri tectorio rudi.

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — *IX k(al) Iunias inperator | dies fuit Solis.*

6839—6843 in aedibus n. 15.

6839 in faucium pariete sinistro, in tectorio rubro, longa 0,06.

ΦΗΛΙΚΛΛ 0,01

Descripsi. — Φηλίκλα.

6840 in faucium pariete dextro.

ΔΘΗΙ

Descripsi.

6841 in atrii pariete anteriore, intranti a sinistra, inter fauces et proximam portam; v. 1 longus 0,19.

IIXX K·IANVARIAS
SE C K K NIIRONIISII

Descripsi.

6842 infra 6841.

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — In fine tectorium periit; inter id quod remanet et proximae portae antepagmentum non plus quam quatuor litteris spatium sufficit.
Si quis non vidi(t) Venerem quam na . . . . pupa(m) mea(m) aspiciat talis et c . . . .

6843 infra 6842; longa 0,32.

VENVS

Descripsi. — *Venus?*

6844 in fragmento tectorii rubri reperto in via Stabiana ante aedes n. 15.

AEMI

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 158 n. 29. — *Aemi[lius].*

6845—6860 in insulae latere occidentali.

6845—6848 in aedibus n. 26—27.

6845 in atrii pariete anteriore, intranti a d., in tectorio rudi, longa 0,03.

CONS

Descripsi.

6846 ad sin. 6845, longa 0,075.

II II VIII VII III 0,01

Descripsi.

6847 supra 6846 ad sin., longa 0,05.

SANEM 0,008

Descripsi.

6848 in membri quod atrio a d. adiacet pariete dextro, in tectorio gilvo quarti qui dicitur stili, alta 0,26, longa 0,21, litteris altis fere 0,05.

ΓHCAIB
ΓHCNK
ΓHCNK
ΓHCNK

Descripsi.

6849 in aedium n. 28 tablini anta sinistra, ab eo latere quod tablinum spectat.

CIIR
XXXI
D· IIIIIII
SAS XVII
PER·XIIII
COCTI·DVO

Descripsi.

6850 infra 6849.

QVID
CANISTIPVS

Descripsi; dedi ex apographo meo, non tamen charta perlucida exarato. — *quid canistipus?*

6851—6853 in aedibus n. 29.

6851 in faucium pariete dextro, prope ostium, in tectorio albo, longa 0,22.

C · VIITTIVS ΓIRMVS 0,03

Descripsi.

6852 in atrii pariete anteriore, intranti a sinistra, inter fauces et proximam portam, in tectorio albo, longa 0,27.

C · VIITTIVS ΓIRMVS 0,045

Descripsi.

6853 in atrii pariete anteriore, ad d. portae secundae a septentrione.

3/4

Descripsi. — *XVI k(al.) Feb(r). coco venit.* — Voluitne *copo*? vel *cocus*? Certe COCO clare scriptum est.

Prope hanc alphabetum n. 6910.

6854—6857 in aedibus n. 35.

6854 in atrii pariete anteriore, intranti a dextra, inter fauces et proximam portam.

3/4

Descripsi. — *Roscia?*

6855 in andronis, quo itur ex atrio in posteriores aedium partes. pariete sinistro (septentrionali).

ƆCOYΔЄNΦIAIDΓ 0,01

Descripsi.

6856 ad d. 6855.

1/2

Descripsi.

6857 in membri, quod androni quo in aedium partes posteriores itur a sinistra (a septentrione) adiacet, pariete anteriore, in podii tectorio rudi (*Ziegelstuck*).

STD 0,08

Descripsi; lectio certa; nihil deest.

6858—6860 in aedibus n. 36.

6858 in peristylii pariete sinistro, in tectorio coloris incerti, carbone, longa 0,5.

MARIVS 0,08

Descripsi.

6859 in peristylii lateris sinistri et posterioris columna angulari, in tectorio rudi (*Ziegelstuck*).

3/4

Descripsi; quid sit nescio.

6860 in triclinii, quod est post peristylium, pariete dextro, in tectorio albo tertii qui dicitur stili.

3/4

Descripsi. — *Psamat(h)e va(le).*

REG. VI INS. OCCIDENTALIS.

6861 in hypogaei concamerati, quod aditur ab ostio n. 37, pariete anteriore, in tectorio rudi (*Ziegelstuck*).

ALBA 0,05

Sogliano *Not. d. sc.* 1900 p. 270. Non vidi.

REG. VII INS. 4.

6862 in andronis qui aditur ab ostio n. 8 pariete sinistro, in tectorio albo, longa 0,51.

TESTIS · EGO · SVM . ////FEꓘATVR 0,035

Descripsi indicante Sogliano.

REG. VIII INS. 3.

6863 in tabernae n. 9 pariete dextro, in podii tectorio rudi, longa 0,14.

COSMVS 0,025

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1899 p. 497.

REG. IX INS. 5.

6864 in aedium n. 11 culinae pariete dextro, in tectorio rudi.

OPTVME MAXIMII
IVPITER DOMVS OMNI POTIIS
ACRATVS SIIRVO NIIQVA

Descripsimus recens detectam. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 251. Viola *Scavi* 1873—78 p. 59 n. 33.

1 MAXIM Sogliano. — 2 AGRATVS Sogliano. *domus* pro *dominus*. — *servo nequa* pro *servus nequam*.

6865 in earundem aedium membro quod est in peristylii latere dextro tertium, in pariete dextro.

/AE NOSTRAE FELICITER 0,022
/ETVO · ROGO · DOMIIA PER 0,22
/M · FISICAM TE ROGO NI ME 0,2
/ ...VS HABETO MEI MEMORIAM 0,1

Descripsimus recens detectam. — Sogliano *Not. d. sc.* 1877 p. 251. Viola *Scavi* 1873—78 p. 54 n. 13.

1 [*Grat*]*ae* Sogliano, ob amphoram n. 5800 in harum aedium culina repertam. — 2 [*perp*]*etuo*? Mox scriptum erat ROGOMNA, deinde erasis MNA eorum loco DOM scriptum et IIA, i. e. NA, additum est. — 3 [*Venere*]*m*. NI lectio certa. — 4 princ. coniunctivum in —*rus* pro *ris* terminatum (velut *figarus* 2082) scriptum fuisse suspicabatur Zangemeister.

OPPIDI MVRI ET PORTAE.

6866 in turris quae est ex adverso viae Mercurii membro inferiore, ad d. fenestrae quae occidentem spectat, in tectorio albo.

3/4

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — SVI . . SSTLA. De Stlaborio cogitat Sogliano.

BOSCOREALE. BOSCOTRECASE.

6867—6881 in aedificio quod prope stationem viae ferratae eruderandum curavit Ferrucius de Prisco, in quatuor lateribus pilae nunc Pompeios translatae, ubi descripsi anno 1903.

6867 lapide rubro in tectorio albo; v. 1 longus 0,67.

CERDO SODALIBVS
BRVNDISIO

Descripsi.

6868 in alio pilae latere, ad d. 6867, lapide rubro in tectorio albo; v. 1 longus 0,62.

CERDO · HIC · BIBIT
SILVATICE · VIDES

Descripsi.

6869 in tertio pilae latere, ad d. 6868; v. 1 longus 0,63.

CERDO CERDONIBVS
SAL

Descripsi.

6870 infra 6867, in tectorio albo.

1/2

Descripsi.

6871 infra 6870, in podii tectorio rudi (*Ziegelstuck*).

CERDO HI...

Descripsi. — *Cerdo hic.*

6872 infra 6871 in podii tectorio rudi, longa 0,24.

L · VERATIVS · VESTALIS

Descripsi.

6873 infra 6870, ad sinistram, litteris subtilibus.

3/4

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — *Pr. k(al) M*[*a*]*ias* | *supposui* (*ova*) *gall*(*inae*) | *III k*(*al*) *Maias on* . . . .

6874 infra 6869, in podii margine superiore.



3/4

Descripsi. — IIT . . IIΛ . . . . .
IIX ΛKIIXSΛRIS VIII

6875 ad d. 6874, inter multas lineas alienas, longa 0,043.

P CADO

Descripsi.

6876 infra 6875.

VO 0,025

Descripsi.

6877 ad d. 6875, longa 0,24.

OPIIRARIS PANII DIINARIV

Descripsi. — *operari(i)s pane(m) denariu(m).*

6878 in quarto pilae latere.

3/4

Descripsi. — Cf. sequentem. ГPANIVS, Г pro G scripta.

6879 supra 6878..

3/4

Descripsi. — Cf. 6878.

6880 in eodem pilae latere, carbone in tectorio albo, longa 0,24.

ΛRAM 0,06

Descripsi.

6881 infra praecedentes, in podii tectorio rudi, longa 0,43.

CCCCCCCXXXXXXX

et ad d. superius XIII

Descripsi.

6882. 6883 in villa quam annis 1903. 1904 in regione *Pisanella* eruderandam curavit Vincentius de Prisco. Extant Pompeis.

6882 longa 0,4.

LVCIIRCAKIH MARCO IIT CACATO ΓIKIC

Descripsi. Cf. 6695.

6883 longa 0,045.

ΔΗΜΗΤΡΙΟϹ

Descripsi.

6884—6889 in villa rustica quam in regione *Civita Giuliana* eruderandam curavit Carolus Rossi-Filangieri.

6884—6886 in columna quadam. Hae partes tectorii Pompeis adservantur, ubi descripsi mense Iulio 1903.

6884 in tectorio albo.

3/4

Descripsi. — *Nuncquam milibus crura mea coni . . . . .*

6885 in tectorio albo.

Descripsi. — 1 est hexameter principio mutilus: *(En?)* [*f*]*ormonsa domus domino veneranda futura.*
2 non expedivi: *hos n. buci?*

6886 in podii tectorio rudi; v. 1 longus 0,16.

PALOS·ACVTOS ƆCCCXL
QVI NON·ACVTI CƆLX
SVMMA M CCC

Descripsi.

6887—6889 in cellae cuiusdam pariete.

6887

Descripsit Della Corte; non vidi.
In acervo magno pali sunt MXXIII.

6888

Descripsit Della Corte; non vidi.
Iuba(?) va(le) Pali quadri flou?

6889

M L X X V
CO… T V S
gladiator *gladiator* APOLLONIVS
L X X X I V
PORCIILVS ROGATVS

Descripsit Della Corte; non vidi.

6890—6897 in villa detecta in fundo Santini oppidi Boscotrecase; extant Pompeis.

6890

VNCTOR XANTHE TI*bi* CARVS LVSVQVE IOCOSO
ADSVETVS

Descripsi.

6891 supra 6890.

Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — Non expedivi.

6892 litteris cursivis magnis et pulchris.

QVISQVIS·AMAT·NIGRA NIGRIS·CARBONIBVS·ARDET
NIGRA CVM VIDEO MORA·LIBENTER AEDEO

Descripsi. — *Quisquis amat nigra(m) nigris carbonibus ardet.*
Nigra(m) cum video, mora libenter <a>ed<e>o.

Wick (cum quo Sogliano titulum communicavit) Vind. p. 27 n. 41: „. . . se . . . nigras omnino timere et adversus eas mora edere solere tamquam amuletum fassus est.“ Sed praestat a talium ineptiarum interpretatione abstinere; mora memorat scriptor quia nigra sunt.

6893



Descripsi. — Pentameter est: *Caesaris Augusti femina mater erat.*

6894 infra 6891; v. 1 longus 0,17, v. 2 0,12, v. 3 0,22.

RECECTVS · ACTIO SA
ACTI VA
RECECTVS · ATHICTO SAL

Descripsi. — 3 *Athicto.*

6895 in columna peristylii, in tectorio albo; longa 0,04.

Q IVNIVS

Descripsi.

6896 infra 6895.



Descripsi; dedi ex apographo meo charta perlucida exarato. — *Falerno iur . . i?*

6897 in pariete atrii rustici, carbone.

VII · MI · XCP
M · IIIIIIIIIII
XXVII · S · ACEPI
M · XXXXV XV XV
PABV · SPO · XX
VCR · C C N L L C
M · MED · XXXII · MED

Descripsi. — 6 quae secuntur post VCR· parum certa sunt.

6898—6902 in villa rustica quam in fundo suo territorii Boscoreale eruderandam curavit Ioanna Zurlo.

6898 longa 0,13.

ACTI VA

Descripsi.

6899 lapide rubro, longa 0,60.

CARIS VA

Descripsi.

6900

MVNIIRIIAV 0,10
IITVI

Descripsi.

6901 longa 0,80.



Descripsi; dedi ex apographo meo quod ut potui delineavi.

6902 alta 0,30.



Descripsi; dedi ex apographo meo quod ut potui delineavi. *Duos Fabios(? Cadios?) merca(n)tes rogamus.*

SCAFATI.

6903 in villa quam prope oppidi coemeterium anno 1905 eruderandam curavit Ianuarius Matrone, in peristylii columna; v. 1 longus 0,10.

NONIS APRILIIS 0,015
TVCVR 0,013

Descripsi apud Matronium.

ALPHABETVM.

6904 ad d. ostii V 3,9; distat a terra fere m. 1.

A B C D II II G H

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 282 n. 11.
DIIΓH Sogliano.

6905 ad d. 6904, infra 6701, longa 0,71; distat a terra fere m. 1.

sic sic
ΛXBVCTDSHRΓQGPHOINKIML 0,07

Descripsi. — Λ—Q, ceteris omissis, Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 282 n. 15.

6906 ad sin. ostii V 4, 13, longa 0,06; distat a terra 1,25.

ΛBCD K O PQ

Descripsi; cf. Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 86.

6907 ad d. ostii V 4,13, in podii tectorio rudi, longa 0,13; distat a terra 0,96.

ΛYBVCTDSIIRΓQCPHO *i n k* ML 0,014

Descripsi; cf. Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 86.

6908 in aedium M. Lucreti Frontonis, quarum ostium in insulae V 4 latere occidentali est primum a meridie, faucium pariete dextro, in tectorio rubro.

Λ B

Descripsi. — ΛB Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 146 n. 2.

6909 infra 6908.

ΛBCDIIΓGHKIMNVLX

Descripsi. — ΛBCDIIG omissis ceteris Sogliano *Not. d. sc.* 1901 p. 146 n. 2.

6910 in aedium VI 16,29 atrii pariete anteriore, inter portam primam et secundam a septentrione, colore vel lapide rubro in tectorio albo.

ABCDIIΓ 0,18

Descripsi.

AD QVADRATARIORVM NOTAS.

OPPIDI MVRI ET PORTAE.

5507 179—189. A secunda turri occidentem versus per m. fere septem ad explorandam muri antiquitatem dempta est terra qua parietis interioris et exterioris intervallum expletum erat. Itaque nunc utriusque parietis latus id quod intervallum spectat conspicitur et comparuerunt in pariete interiore hae notae.

179—184 in lapidibus calcareis.

179 = 11 in quatuor lapidibus, e quibus unus a latere adverso (quod urbem spectat) eandem notam habet.

180 = 12 semel.

181 = 14 bis.

182 semel.



Descripsi.

183 semel in lapide qui a latere adverso habet 11 = 179.

Descripsi.

184 semel.



Descripsi.

185—189 singulis vicibus in lapidibus tofaceis.

185



Descripsi. — Cf. 46.

186

Descripsi.

187

Descripsi.

188

Descripsi. — Cf. 123. 134.

189

Descripsi. — Cf. 158. 159.

190—195 in porta Vesuviana et prope eam, in lapidibus tofaceis.

190 = 6 = 54 ter.

191 semel.



Descripsi.

192 semel; extat in via loco non suo.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 99 n. 1.

5507 193 semel in parietis exterioris anteride.



Descripsi.

194 in via loco non suo extare dicit Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 99 n. 2, qui alii lapidis faciei notam 6 = 54 = 190 incisam esse testatur. Ego frustra quaesivi

195 extat in via, loco non suo.

Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 99 n. 3. Quadratarii notam esse non credo.

OPPIDI AEDIFICIA.

5508 33 in lapide tofaceo qui extat in medio atriolo rustico villae quae est extra portam Herculanensem exeunti a dextra (*casa delle colonne di musaico*).

Descripsi.

VIARVM MARGINES.

5509 41 = 1*b* semel in lapide tofaceo qui nunc extat, loco non suo, in regionis quintae insulae quae primae a septentrione adiacet lateris orientalis ostio quod est septimum a septentrione.
Descripsi. — IΓA (si haec est) Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 150.

42*a* = 11*a* ter in regionis quintae insulae quae primae a septentrione adiacet latere occidentali.
Descripsi.

42*b* = 11*b* bis ibidem.
Descripsi. — Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 150, qui tamen alteri exemplo admiscuit lineas alienas, pro altero habet X.

43 = 5508, 14 quater in insulae VI 15 latere occidentali.
Descripsi.

44 semel ibidem.



Descripsi. — XC\ Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 150. Ego has lineas fortuitas duxi.

AD TITVLOS VASIS FICTILIBVS INSCRIPTOS.

N. 2551 = 5520.

Ad n. 2561. H. Dessau I. L. S. ad n. 8581 huius tituli meminit, cogitans ni fallor de legendo primo versu *suff(usum)*. R. Schoene.

N. 2562 = 6136.

N. 2567 = 5831.

N. 2568 = 5732.

Ad n. 2570. *g(ari) f(los)* legendum esse primus docuit H. Dressel, *Bull. comun. di Roma* 1879 p. 61 ss. Sic *gari flos* legitur apud Pelagonium § 428 Ihm (= γάρου ἄνθος Hippiatr. p. 44); *liquaminis flos* ib. § 467. R. Schoene.

Ad n. 2571. Formula quae est *per se* quid significet, optime illustratur loco Plinii Secundi medicinae p. 51, 10 Ros.: *aquam marinam aliqui per se dant, sed raphanos supermandi iubent ex mulso aceto, ut vomatur*; quibus redduntur haec verba ex Plinii N. H. XXXI 65: *qui puram dedere* (sc. aquam marinam) *raphanos supermandi ex mulso aceto iubent, ut ad vomitionem revocent.* Formula usitatissima est medicis; cf. Scrib. Larg. 7. 19. 46bis. 56. 111. 119. 135. 158. 174bis. 236. Multos Plinii locos congessit Silligius ad N. H. XXXII 45. Graeci similiter αὐτὸ καθ' αὑτό; cf. Galen. vol. XII p. 655 K. R. Schoene.

N. 2573 = 5674.

Ad n. 2574. Garum Pompeis etiam Romam advectum esse apparet ex vase Romae reperto C. I. L. XV 4686, in quo legitur *gar(um) Pompeian(um)*. R. Schoene.

N. 2580 = 5691.

Ad n. 2583. Romae in monte Quirinali reperta est amphora olearia, in qua legitur *usibus cellari Severi*, C. I. L. XV 4807. Quae inscriptio haud scio an ad oleum pertineat usuarium, quod secundum titulum C. I. L. VI 8594 ansarium non debebat, cum a mercatoribus promercalium, quaecumque in urbem invehebant, ansarium exactum esse appareat ex titulis C. I. L. VI 1016 (Dessau I. L. S. 375). Similiter explicari potuerit quod legitur in vasis n. 2583 et 5597 (quem titulum iam H. Dressel cum amphora romana composuit) *in usus* (*ussus*) *C. C. H.*, 5732 = 2568 *in usus C. C. Veri*, 6201 et 6218 *in usus P. B. P*(. . *P*). Nihil enim obstat quominus etiam Pompeis rerum a mercatoribus invectarum ansarium exactum esse statuatur (cf. Liebenam, *Städteverwaltung im röm. Kaiserreich* p. 23, quem librum mihi indicavit O. Hirschfeld). A quo si res privato usui mercatorum liberatae erant, utile erat vasa quibus eiusmodi res continebantur, ita inscribere ut cum in urbem inveherentur; appareret ansarium eorum non deberi. Potuerit cogitari de simili interpretatione vocis quae est *penuarium* in titulis 5621. 5643. 5645 *Bull. com. Rom.* 1879 p. 117 n. 150. Dubito tamen num ordo verborum huic interpretationi faveat; sane quae H. Dressel ad C. I. L. XV 4687 exposuit, huc valere non videntur. R. Schoene.

N. 2585 = 5618*d*.

N. 2587 = 5704.

N. 2588 = 5716.

Ad n. 2589. *Liquamen bonum* legitur apud Pelagonium § 98 Ihm (= *γάρον καλόν* Hippiatr. p. 78); *l. summum* ibidem § 11. *Liquamen primum et secundum* est in edicto Diocl. III 6. 7, quorum prius in exemplari graeco *γάρον γεύματος πρωτείου* dicitur. Liquamen primum et secundum legitur etiam in Hermeneumatis Einsidelensibus (Goetz, Corp. gloss. lat. III p. 230 = Haupt opp. II p. 516, 28) ibique graece redditur *γάρον πρῶτον καὶ δεύτερον*. R. Schoene.

N. 2593 = 5715.

N. 2594 = 5710.

N. 2596 = 5621.

N. 2598 = 5626.

N. 2599—2601 = 5618*a–c*.

Ad n. 2602 et 2603. Ad ME, MES A. Héron de Villefosse, *C. R. Ac. d. inscr.* 1893 p. 240—243 confert amphoram Carthagine repertam (nunc C. I. L. VIII Suppl. 22640, 8), cui inscriptum est: *Q. Lepido M. Lollio cos. an. vinum Mesopotamium V. Afranio Silvio.* Dictum esse opinatur hunc vinum a *Mesopotamio* quod erat inter Syracusas et Agrigentum (Itin. Ant. n. 96). Hunc igitur vinum etiam in amphoris Pompeianis indicari. Quod ut fieri potuit ita sane incertum est.

N. 2614: cf. 6370.

N. 2616 = 5599.

N. 2623 = 5696.

N. 2636 = 5635.

N. 2637 = 5634.

N. 2638—2640 = 5915.

N. 2650 = 5653.

N. 2654 = 6470.

N. 2655 = 5636.

N. 2656 = 5873.

Ad n. 2662. In tituli *a* altero versu H. Dressel ad C. I. L. XV 4788 legendum esse suspicatur *Secundio* . . — Titulum *b* lege XIX i. e. XXIX.

N. 2663 = 5897.

N. 2669 = 5652.

Ad nn. 2673. 2674. Legendum TIH KΛ·CЄKONᴺ et TIH KΛ· CЄK: v. 6430. 6431.

N. 2676 = 6322.

N. 2688 = 5872.

N. 2703 = 6047.

Ad n. 2725*b*. Legendum haud dubie CAPAΠIC ΔωPA; cf. 2849. 6546—6550.

N. 2826 = 6449.

N. 2833 = 6389.

N. 2841 = 6458.

N. 2842 = 6461.

Ad n. 2849. Cf. ad n. 2725*b*.

N. 2852 = 6304.

Ad p. 226 n. 2610. Debebam ad Handii Turs. II p. 633 n. 34 relegare, qui hunc usum praepositionis quae est *ex* idoneis exemplis illustraverat. R. Schoene.

Ad n. 5520 = 2551. In versu tertio legendum videri *diff(usum) Id. Aug. bimum* significaveram in Addendis p. 226 loco Martialis allato; idem iam docent tituli Romani C. I. L. XV 4539. 4571. 4573. 4610. R. Schoene.

Ad n. 5552 cf. 6040.

Ad n. 5604 cf. 6162. 6917. 6918.

Ad n. 5605. 5627. 5628. Supplendum potius *lum(pae) vet(eres)* propter 5611—5613. 5615—5617.

Ad 5667. Aliud exemplar (G F) repertum est 6 Febr. 1905 in taberna VI 15, 10.

Ad n. 5679. Aliud exemplar (G F SCOMλR) repertum est 2 Aug. 1903 in aedificio quod in regione *Carità* territorii Gragnano eruderarunt Carolus Rossi-Filangieri et Agnellus Marchetti. Descr. Della Corte.

Ad n. 5682. Aliud exemplar repertum est 2 Aug. 1903 in aedificio quod in regione *Carità* territorii Gragnano eruderarunt Carolus Rossi-Filangieri et Agnellus Marchetti. Descr. Della Corte.

Ad n. 5725. Aliud exemplar (M·F) repertum est 8 Aug. 1905 in aedificio quod in regione *Carità* territorii Gragnano eruderandum curarunt Carolus Rossi-Filangieri et Agnellus Marchetti. Descr. Della Corte.

Ad n. 5808. *Ti. Cl(audii) Po(lybii?)*.

Ad n. 5836. *Proclus* Sogliano *Not. d. sc.* 1881 p. 323 n. 14, non recte.

Ad n. 5869. Dele "= 26".

Ad n. 5894. Edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 257, qui legit M·TERENTI ARTRITACI.

Ad n. 5898. Edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 158 n. 27, qui dicit repertam esse inter insulas VI 15 et VI 16. — *b* 1 DI Sogliano.

Ad n. 5920. Non Tιβ. sed τιη legendum est; v. 6430—6437.

Ad n. 6035. Sic fere edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 275.

Ad n. 6131. Supple *P. A(ppulei) B(assi)*.

Ad n. 6167. Edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 158 n. 30, qui repertam esse dicit 24 Oct. 1903.

Ad nn. 6379. 6380. In adnotatione pro VI 16, 11 lege VI 16, 30.

Ad n. 6437. Edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 158 n. 26, qui repertam esse dicit 23 Sept. 1903.

Ad n. 6530. Παύσω[νος] δρῶ[παξ]?

Ad n. 6546. Exemplar repertum 19 Febr. 1904 edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 277.

Ad n. 6573. Edidit Sogliano *Not. d. sc.* 1906 p. 351*b*, qui legit

TφΘΛΓCYΛΙΑ
AC

I.

6911 in amphora (XII) reperta in villa rustica quam in fundo suo oppidi Boscoreale eruderandam curavit Ioanna Zurlo, colore albo.

S...
...N...
NERO ... COS
...
NERON... ...· ET ...
... II ...

Descripsi.
Duo tituli esse videntur. V. 5 num III an IIII fuerit dubium est.

6912 in collo amphorae (XLI) reperto in eadem villa, colore albo.

SA 0,027
VESP IIII COS 0,016

Descripsi.

6913 in amphora reperta ad aedificium quod prope ostium Sarni eruderandum curavit Ianuarius Matrone.

a ΚΑΙΓ Ι ΤΙ
ΟΥΕCΠΑ

b in ventre, colore rubro
ΚΑΙΚΙ

a Vespasiani consulatus indicari videtur.

II.

6914 in amphora reperta 8 Oct. 1904 in membro quod est post tabernam VI, 16, 14, colore rubro.

MIXST
CVM VES
LI
MAL COI VIAVS

ab altera parte, colore rubro

XXVI 0,015

Descripsi. — V. 4 apographon charta perlucida exaravi sic:

2/3

6915 in amphora (XI) reperta in villa rustica quam in fundo suo territorii Boscoreale eruderandam curavit Ioanna Zurlo.

TAVR
M S F

Descripsi.

6916 in amphora (XI) reperta ibidem.

TAVR
M·M VF

Descripsi.

6917 in amphora (XLI) reperta 10 Iun. 1904 in culina aedium VI 16, 32, colore rubro.

3/4

Descripsi. — Cf. sequentem et 5604. 6162.

6918 in amphora (XLI) reperta 13 Iun. 1904 in earundem aedium atrio; v. 1 longus 0,045.

Q C̄ C̄ VINI

Descripsi. — Cf. praecedentem.

6919 in urceo (VI) reperto 7 Nov. 1903 in via Stabiana ante ostium VI 16, 17.

G F SCOMBR
SCAVRI

Descripsi. — *G(arum vel ari) flos scombri Scauri.*
Cf. 5682 ss.

6920 in urceo (VI) reperto in villa detecta in fundo Santini territorii Boscotrecase.

G F SCOMBR
... SC...

Descripsi. — Cf. praecedentem.

6921 in urceo (VI) reperto in villa rustica quam in fundo suo territorii Boscoreale eruderandam curavit Ioanna Zurlo.

G F SCOMBR
SCAVRI
AB·AGATHOPODE
CLAVDIO·EVLOGO

Descripsi.

6922 in urceo (VI) reperto 7 Apr. 1903 in triclinio aedium V 4, 13 (M. Fabi Secundi).

LIQVAMEN

Sogliano *Not. d. sc.* 1905 p. 96.

6923 in collo amphorae magnae reperto in villa rustica quam annis 1903. 1904 in regione *Pisanella* eruderandam curavit Vincentius de Prisco.

LIQ
C P S

Descripsi.

6924 in urceo (VI) reperto in via Stabiana, prope insulae VI 16 angulum septentrionalem.

LIQVAMEN
OCTIMVM

Descripsi. — Cf. 5707.

6925. 6926 in duabus amphoris formae hic delineatae, repertis 23 Mai. 1904 in aedium VI, 16, 10 corte quae est prope culinam.



6925 OL· 0,012
Q·E·B·T·E·XXVS 0,015
P·LXVIIS 0,017

6926 OL· 0,012
Q·E·B·T·E·X... 0,015
P·L XXIII 0,015

Descripsi. — 1 *ol(eum)*?

6927 in amphora (XLI) reperta 23 Dec. 1904 in aedibus VI 16, 26 colore rubro.

PIMP
NVMERIO
FORTVNATO

Descripsi.

6928 in urceo (XVI) reperto 23 Dec. 1905 in aedibus VI 16, 26 in repositorio quod est ad sin. scalarum.

YDRE

Descripsi.

III.

6929 in amphora (XI) reperta 20 Mai. 1904 in aedibus VI 16, 10, longa 0,085.

AMANDIDI

Descripsi. — *Amandidi* pro *Amandi* scriptum.

6930 in amphora (XXXVI) reperta cum 6929; v. 3 longus 0,055.

a ...
I
TI·CLV ANICETI

b eodem loco, antiquior, longa 0,045.

FRIECCID 0,008

Descripsi. — *a Ti. Clu. Aniceti.* Voluit haud dubie *Cl(a)u(dii)*, sed lectio certa.

6931 in amphora formae hic delineatae, alta 0,63, reperta 28 Iul. 1904 in culina aedium VI 16, 32.



a P·CXXXX 0,008
ꟷP XXXXXVII 0,008
Q CORDI FILI ET Q N S 0,003

et sub ansa, ad perpendiculum ...XS

b ab altera parte IV...
PCLX...R

c in ventre graphio scriptum ...ORD...

Descripsi.
a Q. Cordi fili et Q. n(epotis) s(ervus?). Titulum similem male descriptum habes 2635.
c [C]ord[i].

6932 in amphora (X) reperta anno 1906 in aedificio quod in regione *Crapolla* territorii Scafati eruderandum curavit Vincentius de Prisco.

a colore rubro EPAGA

b atramento MVE
L·A A

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte; non vidi.
a Epaga(thi).

6933 in amphora (VIII) reperta cum 6931, prope ansam, longa 0,018.

HELI

Descripsi.

6934 in collo amphorae (fere VIII, sed maior) reperto 19 Iul. 1904 in aedibus VI 16, 26.

a longa 0,11 IVLI·CORINTHI·

b ab altera parte, carbone D IIII 0,07

Descripsi.

6935 in amphora (X) reperta cum 6932.

ΛΤΙΛ
L·I·ΓF 3/4

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte.

6936 in collo amphorae (XLII?) reperto 22 Nov. 1904 in horto aedium VI 16, 26; v. 2 longus 0,023.

ꟷII
MINVC

Descripsi.

6937 in amphora (XXXVI) reperta in villa detecta in fundo Santini territorii Boscotrecase.

a v. 2 longus 0,027 ꟷVII
MINVC

b ab altera parte C·T·C 0,012

Descripsi. — *a* 2 *Minuc(ii).*

6938 in amphora reperta 8 Aug. 1905 in aedificio quod in regione *Carità* territorii Gragnano eruderandum curarunt Carolus Rossi-Filangieri et Agnellus Marchetti.

M·VE·V

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte.

6939 in urceo (VI) reperto in aedificio quod in fundo suo territorii Boscoreale eruderandum curavit Ioanna Zurlo, longa 0,07.

...RICI SCAVRI

Descripsi.
A. Umbrici Scauri.

IV.

6940 in amphora (XLI) reperta 23 Dec. 1904 in aedibus VI 16, 26, carbone; alta 0,55.

B

Descripsi.

6941 in amphora (X) reperta anno 1906 in aedificio quod in regione *Crapolla* territorii Scafati eruderandum curavit Vincentius de Prisco.

3/4

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte.
Similes litterae num C an P significent dubitari potest.

6942 in amphora reperta 2 Sept. 1905 in aedificio quod in regione *Carità* territorii Gragnano eruderandum curarunt Carolus Rossi-Filangieri et Agnellus Marchetti.

a CCCC

b inferius Λ·V·M

Dedi ex apographo Matthaei Della Corte.
a cf. ad 6941.
b cf. ad 5955.

6943 in amphora (VIII) reperta 2 Mai. 1904 in aedibus VI 16, 35.

3/4

Descripsi. — Cf. 5979.

6944 in amphora (fere XXXVII) reperta 19 Mai. in aedibus VI 16, 10.

C·Λ 0,006

Descripsi.

